



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Sectio V. De Continentia sacris Ordinibus annexa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)

# SECTIO QUINTA

## De Continentia sacris Ordinibus annexa.

**D**uz sunt celeberrimæ obligationes Clericorum, sacris Ordinibus annexæ; Prima, recitandi quotidie horas Canonicas. Secunda, observandi perpetuam continentiam. De illa solet tractari in materia de Oratione sub virtute Religionis, ad quem locum & nos illam remittimus: de hac verò, sicut statim dixi, diffusè hoc loco solet disputari; & quaeritur Primò; quo jure sit annexa, divino, an solo jure Ecclesiastico. Sed antequam resolvo hanc quaestionem, suppono, & erit

### CONCLUSIO I.

Minoribus Ordinibus sicut, & primæ Tonsturæ, non est annexa simpliciter obligatio continentia.

**C**onstat ex jure, & praxi. Praxim nemo potest inficari; quippe quotidiana est, etiam in vitis timoratis absque ullo scrupulo, saltem gravioris peccati; immo nullius peccati, quando subest aliqua justa causa mutandi prius propositum, seu redeundi ad statum sæcularem; alioquin apparet aliquibus peccatum veniale levitatis seu incontinentia in bono inchoato.

Hæc autem praxis fundatur in jure, sic quippe scriptum habemus cap. 1. de Clericis conjugatis: Si qui clericorum infra Subdiaconatum acceperint uxores, ipsos ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & retinendas uxores distractione Ecclesiastica compellatis. Ita Alex. 3.

Et plura hujusmodi jura in eodem tit. invenies, in quibus nullo verbo indicatur, illa matrimonia esse illicita; sed dumtaxat, ita conjugatos privandos, seu ipso facto privatos fore beneficiis Ecclesiasticis, si antea habuerint, & imposterum non esse admittendos ad beneficia Ecclesiastica.

Ratio assignatur cap. Quod à te, 3. ibi: Quia cum simul voluptatibus & carnalibus desideriis, ac divinis & Ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant &c. Et cap. Diversis, 3. ibi: Cum ergo vir cogitet, quomodo placere possit uxori; & ideo minus qua Dei sunt valeat cogitare &c. Et infra: Presertim cum rerum Ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire.

Cumque hæc rationes locum obtineant,

etiam in matrimonio rato, nondum consummato, minime autem in matrimonio invalido; putamus, per matrimonium invalidum non amitti ipso facto beneficium, sed per matrimonium validum ante consummationem. Sed de his latius tractatur in materia de Beneficiis.

Hoc tantum hic dico; me non videre aliud quod clarum jus, quod ipso facto privet beneficii; nam jura superius allegata commodè possunt explicari de privatione faciendâ per Episcopum, aut alium Superiorem. Immo videntur sic explicanda; argumento cap. 5. ibi: Nisi forte tu talibus scienter contuleris Ecclesiastica beneficia: quibus eos non per te, sed per Superiorem decernimus spoliosandos.

Ubi Gloss. verb. Spoliandos, interrogat: Sed quis conferet illa beneficia post spoliationem? Credo, quod conferri debeant secundum alios cap. sup. de Elect. Cum in cunctis, in fine, & cap. Nihil est: ut si Canonici consenserunt Episcopo, per Archiepiscopum conferantur, si non consenserunt, per Capitulum conferantur, & hoc in illis beneficiis, in quibus devolvitur potestas à Capitulo ad Episcopum & converso: in aliis per Archiepiscopum, per quem isti remouentur.

Ergo non sunt ipso jure remoti seu spoliati sed remouendi seu spoliandi; vel si ipso jure spoliati seu remoti, cur Pontifex prohibet, ne per Episcopum, qui beneficia contulit, spoliarentur?

Interim beneficia illa ipso facto vacare docet Gloss. cap. 1. verb. Relinquenda, ubi sic ait: Et merito compellendi sunt, ut ea dimittant, quia vacare intelliguntur ipso jure, & inde quoad factum solum, sive possessionem retorquetur ista compulsio. sic infra de Concess. Preb. literas, &c. Cum nostris, contrarium enim factum juri suo renuntiauerunt. arg. Cod. de furo. l. 1. arg. ff. de Tribu. Quod in herede, §. Eligere. sicut quis ipso facto renuntiat privilegio Clericali, seu præ de vita & honest. Cleric. cap. ult. ibi: Mandamus, quatenus si tales tertio à te commoverent, ab hujusmodi non respiciant; sed prætermissis divinis officijs, negotiationibus insisterent super aditis, cum factum privilegium abjiciant Clericale, in quo minus dum his se implicent, de suis sacralibus statutis & consuetudinibus patriæ subiacent, non defendas eosdem.

Ratio itaque communis sententia est; quia Clericus ducens uxorem, assumit statim incompatibilem cum Ecclesiastico beneficio; & factum ipso renuntiat, ac dimittit, & idcirco tale beneficium, quod ab initio quando accepit non nisi cum tali conditione habuit, ut eam liberè

PPP

Vitam

1. Duz oblige...

2. Probatu...

3. quâ fonda...

Ratio, ob...

Sufficit

matrimo...

An ipso...

cap. 5. de...

Videatur...

Oppositum...

Probatur...

vitam duceret, quare abrupta conditione, eo ipso deferret beneficium.

Nec privatio imponitur in pœnam, cum is non delinquat sed rem licitam faciat; sed oritur ex defectu conditionis requisitæ ad retinendum beneficium. Ita Averla hic q. 4. sect. 4. §. Quinto

averso.

*Specialiter.* Sed videtur petere principium; hoc enim queritur, ubi scriptum sit in iure, cælibatum esse talem conditionem, quâ abruptâ ipso factò amittitur beneficium; cum iura dicant, huiusmodi beneficiarium esse spoliandum suo beneficio.

Videtur esse petitio principii.

7.

Occurrunt objectioni.

Si dixeris cum Gloss. supra: est spoliandus non iure, quod habet ad beneficium; sed solâ possessione: Quæro, ubi jus hoc dicat. Dicit quidem Clericum factò abicere privilegium clericale, si ter admonitus non desistat à negotiationibus: sed est distinctus casus, à quo non videtur valere argumentum ad casum propositum, in quo jus videtur contrarium disponere; non enim dicit, Clericum, qui uxorem ducit, factò dimittere suum beneficium, sed spoliandum seu privandum esse suo beneficio. Quousque ergo non spoliatur, quid vetat ipsum recipere fructus ejus, ut priùs recipiebat, dummodo satisfaciat suo muneri?

Hæc disputationis ergo dixi, non resolutionis; quippe fieri potuit, ut communi interpretatione DD. verba, quæ sonant privationem faciendam, non solùm possessionis, sed etiam juris, significent privationem ipso factò, non quidem possessionis, sed juris.

8.

Qualiter peccet qui suscipit minores Ordines sine animo perseverandi.

Qualiter autem peccet, qui suscipit minores Ordines sine animo perseverandi, sed cum animo postmodum ducendi uxorem; ut interea recipiat fructus alicujus beneficii, quibus possit perficere sua studia, aut opulentiores adipisci nuptias, non est hujus loci. Certum est, ipsum decipere Ecclesiam, quæ licet non requirat absolutum animum perseverandi in statu clericali, cum liberum permittat transitum ad nuptias; tamen indubiè nollit beneficium conferre, si sciret positivum animum deserendi sine rationabili causa statum clericalem, & ducendi uxorem.

Hanc autem deceptionem judicant DD. communiter notabilem seu gravem, præsertim quando esset beneficium curatum, aut haberet annexum Ordinem sacrum; Aliqui putant levem, quando non haberet talem Ordinem annexum, præsertim si causâ studiorum, vel simili sine honesto id fieret, secus si ut splendide vivat.

9.

Item animo fugiendi iudicium seculare.

Decipit etiam Ecclesiam, qui suscipit Tonsum, aut minores Ordines, non ut Deo fidelem cultum præstet, sed ut fugiat seculare iudicium. Unde & ipse peccat, saltem venialiter, ut alibi diximus; immo etiam aliquando mortaliter, quando v. g. illo medio fugeret seculare iudicium, cum gravi & injusto damno tertii.

Itaque tamen Clericus minorum Ordinum absolute possit ducere uxorem, neque obligetur vel ex voto, vel ex præcepto ad majorem continentiam seu castitatem extra conjugium, quàm homines laici seu seculares; si tamen velit esse capax beneficiorum, & clericalem pensionum, ceterisque privilegiis clericatus gaudere; debet penitus ab omni conjugio abstinere.

Alioqui, etiam si unicum & virginem ducat, amittit reliqua privilegia, & jura, præter privilegium canonis, & privilegium fori quoad causas criminales; arg. cap. un. de Cler. coarct. in 6. cujus hic est tenor: Clerici qui cum amicos virginibus contraxerunt, si non sint & vestiti ut rati clericales, privilegium retinent canonis ab his voc. Papa 2. prædesse fore nostro tibi in sacramento Ordinis Clericali. Et cum (iuxta Perseph. titulum) nullus Clericus distringit, aut condempnatur à iudice seculari: Præsertim declaratum est huiusmodi Clericos coniugatos pro commissis ab excessibus vel delictis, in aliis non posse criminari, nec civitates ad iudicium seculares: nec ab offi. familiariter (ne per unam viam concedatur excom. in ceteris autem, vel nisi (id præmittat) habent vel (aliis. &.) vestes deserant clericales: etiam præmissis eos gaudere volumus privilegio clericali.

Addit Concil. Trident. sess. 23. de reformatione cap. 6. tertium conditionem: Nemo in Curia alicujus Ecclesiæ servitio vel ministerio ab Episcopo putari, eidem Ecclesiæ serviant vel ministerio.

Ex his patet; Clericum minorum Ordinum nullo præcepto obligari ad deserendum tonuram, aut vestes clericales, si non habent beneficium, neque velit gaudere ceteris privilegiis Clericorum; & ita habet consuetudo, huiusmodi his partibus recepta, & fortè ubique.

Audiamus Villalobos to. 1. Sum. tit. 16. diff. 16. n. 1. ubi docet, iniciatos prius tonsurâ, & minoribus Ordinibus, non peccare tamen, inquit, non gestent coronam pectus, nec habitum clericalem; nisi habeant aliquod pingue beneficium, sicut tenet Sotus in 4. dist. 24. qu. 2. a. 2. & Ledesma 1. p. 5. Sum. de hoc Sacramento cap. 9. conclus. 1. sed non gaudent privilegiis Clericorum. Ratio est, quia isti nihilominus possunt retrocedere ad vivere. Hæc ille.

Et prosequitur: Dixi in Conclus. Nihil habeant pingue beneficium; quia si habeant, dicit Ledesma ubi supra secutus Banez & Alii, quod peccent mortaliter, nisi gestent pectus coronam & habitum clericalem; quoniam volunt de bonis Ecclesiasticis & obligantur recitandum divinum officium. Ita Villalobos.

Sed nuncquid eadem ratio Clericorum minorum Ordinum? Patet manifestè quod non, cum ipsi non possint retrocedere, & morari.

majorum  
Ordinum,  
Sylvestr.  
Cajetani  
sententia.

Igitur saltem veniale peccatum est, si publice non gestent coronam, & habitum clericalem. Immo mortale secundum Sylvestrum verb. Clericus §. 2.

Sed Cajetanus in Sum. verb. Clericorum peccata, postquam enumeravit varia, ad quae Clerici obligantur ex jure positivo, & inter cetera gestationem coronae & habitus clericalis; subjungit: Verum horum & hujusmodi transgressio; si temeritas, si contumacia, si contemptus desit, non est peccatum mortale iudicio meo; quantum ex praecipio positivo juris pendet. Quod ideo ad junxi; quia non loquor de peccato, quo res Ecclesiastica male consumuntur; nec de peccato scandali & mali exempli; nec de avaritia, inani gloria, aut luxuria, & similibus mixtis; nec de peccatis, quibus se irregulares reddunt constituti in sacris ex actu prohibito; aut excommunicationem quicumque Clerici incurterent.

Reddo rationem eorum, quae dixi; & Primum de spectantibus ad habitum clericalem: nam Clerici non plus arcantur a jure ad habitum clericalem, quam Religiosi ad habitum suae Religionis; sed Religiosus non arcetur; nisi temere dimittat suum habitum, ut patet; ergo Clericus nisi temere ea, quae sunt sui habitus, transgrediat, non est poenae mortis animae subiectus. Huc ille Cajet.

Quae sententia videtur Villalobos supra n. 5. valde probabilis, & quam Clericus possit sequi, quia multum benigna, dummodo aliquo signo profiteatur se Clericum; secus si nullum tale signum deferat, sed potius signa contraria, puta; si deferat enssem aut alia similia, nisi forte pro brevi tempore, aut ex aliqua iusta causa, v. g. ut defendat vitam vel honorem proprium aut proximi.

Alioquin cap. 4. extra de Vita & honestat. Cleric. ait Greg. 9. Si quis ex Clericis (majorum Ordinum) comam relaxaverit, anathema sit; id est, (secundum Gloss. ibi verb. Relaxaverit) Fiat, non enim est excommunicatus ipso iure 30. dist. quasi per totam.

Et cap. Ioannes 7. de Cler. conjug. Innoc. 3. rescribit Episcopo Pictavien. in hac verba: Mandamus quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestes: dummodo nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram.

Vide de hac re Constitutionem Sixti 5. Cum sacrosanctam, 92. apud Cherubinum, ubi hic Pontifex praecipit & mandat omnibus & quibuscumque Clericis, non solum in sacris, sed etiam in aliis minoribus Ordinibus constitutis, & clericali tantum Tonsura insignitis; & nedum officia Ecclesiastica quaecumque, etiam simplicia, nunc & pro tempore obtinentibus, & in illis, vel ad illa jus habentibus; verum etiam pensiones super quibusvis fructibus, redditibus, aut proventibus quarumvis Patriarchalium;

Metropolitanarum, Cathedralium & altarum quarumcumque Ecclesiarum &c. mandat, inquam, eis, ut tonsuram & vestes clericales deferant, sub poena privationis beneficiorum, & pensionum ipso facto incurrenda, ut latius videre poteris in praefata Constitutione.

Quam tamen idem Pontifex declaravit Constitutione immediatè sequente: Pastoralis est cura, non comprehendere Clericos; quorum pensiones, fructus aut praedia vel bona Ecclesiastica, sibi in una vel pluribus vicibus reservata & concessa, summam seu valorem sexaginta ducatorum auri de Camera insimul non excedunt.

Item exceptit aliquos familiares Papae in quibusdam inferioribus ministeriis, quales sunt a pedibus seu parasfrenarii; mensae dispositores, aut credentarii, aut dispensatores; & alii his similibus servitiis actu ministrantibus.

Advertant etiam Clerici, an Bulla: Cum sacrosanctam, usu fuerit recepta in locis, in quibus morantur. Et meminerint à DD. communitè excipi omnes illos, qui tam tenue habent beneficium, quod nec ad horas Canonicas recitandas obligentur.

Notant praeterea DD. discrimen gravis & levis materiae desumendum esse, cum ex mensura temporis, quae relinquatur pro duntaxat arbitrio pro ratione personarum & consuetudine locorum; tum etiam ex publicitate & actionibus, in quibus deseritur habitus & tonsura; quia erit res magis gravis ac notabilis, si in majore publicitate; & in sacris actionibus praetermittatur.

Caveat ergo Sacerdos celebrare absque clericali tunica & tonsura. Similiter Clericus suscipere Ordinem aliquem majorem, & Episcopus tali Clerico Ordinem conferre. Et ratio est; quia cum haec res instituta sit ab Ecclesia in peculiare signum Clericorum, ad distinctionem à laicis, & ad reverentiam sacri ministerii, runc gravior est obligatio, quando plùs servari debet talis distinctio; & exerceri talis reverentia.

Nihilominus Sanchez cap. 1. de Ord. dub. 49. n. 10. censet in posteriori casu non fore mortale, sed grave veniale; quia, inquit, materia non est tam gravis. Sic nonnulli juniores Magistri. Haec ille.

Sed potius (inquit Averfa q. 4. sect. 2. §. Neque verò) nisi aliqua excusatio occurrat, videtur res gravis, & diligenter servatur in praxi. Ita hic Auctor.

Quod servetur in praxi, ego non dubito; quod autem sit res gravis, id est, materia peccati mortalis, praeter Averfam affirmat Sotus q. dist. 24. cap. 2. à 1. conclus. 2. Gravius enim esset Ordines sacros sine tonsura suscipere, quam post susceptos comam haurire. Non dico, sine prima Tonsura, sed absque ulla capillorum tonsura. Et nihilominus dist. 23. & de Vita & honest. Cleric. multis capitibus Clerici prohibentur

15.  
Declaratio  
huius  
Concl. per  
eundem  
Pontificem.

16.  
Ex quibus  
hic desumenda  
gravis vel  
levis materia.

An suscipere  
Ordinem  
sacrum sine  
Tonsura &  
clericali  
tunica sit  
peccatum  
mortale.

17.  
Negat  
Sanchez;

Affirmat  
Averfa;

& Sotus;

13.  
Eam Villalobos putat  
valde probabilem.

cap. 4. de  
vita &c.

cap. 7. de  
Cler. Conjug.

14.  
Sixtus V.  
speciali  
Constitutione  
praecipit  
Clericis  
religionem  
Tonsurae  
&c.

bentur comam nutrire. Quin verò utrobique Greg. cap. *Si quis*, ait, quòd si quis ex Clericis comam relaxaverit, anathema sit. Intelligitur autem, ut bene ait Gloss. non quòd ipso facto sit excommunicatus; sed quòd si præmonitus inobediens perflexerit, excommunicetur. Hucusque Sotus.

18. An nutrire comam post susceptos Ordines sit peccatum mortale. Cajet.

Verum enimverò an nutrire comam post susceptos Ordines sit peccatum mortale, & hoc ipsum disputatur, atque à Cajet. supra negatur esse, ante contemptum seu contumaciam: Quoniam, inquit, quiddam sit de rigore juris, æquitatis tamen ratio habet, ut non sit excommunicandus, nisi præmonitus à iudice suo. Tum ne quasi ex improvviso tanta talisque pena inferatur pro iis, quæ non sunt ex suo genere criminosa: tum propter tantam multitudinem impune solitam hæc transgredi ita ut non pro magno peccato transgressio reputetur, quæ ex suo genere mala non est, sed ex positivo iure excommunicatio enim non nisi pro magno crimine inferenda est. Et propterea non incurrit, iudicio meo, mortale peccatum ante contemptum seu contumaciam.

Et propter hanc rationem (quia scilicet pænæ graves, graviores & gravissimæ in iure appositæ, exceptis excommunicationibus latæ sententiæ, aut sunt tales, ut sine peccato mortali incurri possint: aut si sine peccato mortali incurri non possunt, exigere videntur monitionem, ut non nisi in contumacem ferantur) extendi iudicium meum ad omnia Clericis prohibita, & dixi quòd si desit temeritas, contemptus & contumacia, non video ex vi præcepti peccatum mortale. Non dubito tamen multa intervenire gravia peccata venialia in huiusmodi transgressionibus ex levibus causis aut passionibus humanis, non curantibus Prælati obviare, & opponere se murum pro iure servando.

Non putes tamen inter gravia computandum, si Clericus beneficiatus aut in Sacris, comam paululum infra aures attingentem portat; quia aliàs quasi derideretur, aut quia sic consuetum est ibi, aut quia habet collum longum, & minus quàm decet apparet, aut propter aliquam aliam, à ratione non alienam, quàmvis insufficientem causam; nullum enim, aut leve in huiusmodi peccatum est, ubi monstrat ac servare iura. Hæcenus Cajetanus.

19. Sententia Auctoris.

Quæris, quid ego sentiam in hac re? Respondeo: Lego novissimè ab Alex. 7. die 24. Septemb. a. 1665. damnatam hanc propositionem, ut minimum tamquam scandalosam: *Frangens jejuniæ Ecclesie, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult se subicere præcepto.* An autem huic propositioni, multum sit dissimilis propositio Caietani: *Clericus non deserens tonsuram aut habitum clericalem ad quem tenetur,*

*non peccat mortaliter, nisi hoc faciat ex temeritate vel contumacia vel contemptu; iudicent alii.*

Ego parvum discrimen reperio; quandoquidem hæc res, meo iudicio, tam gravis sit, quàm jejuniæ Ecclesie; si ergo hoc jejuniæ potest præcipi sub peccato mortali, & censetur præceptum, secluso contemptu & inobedientia; cur non idem dicemus de ista delatione Tonsuræ & habitus clericalis, quæ à Sixto 5. supra, non solum simpliciter præcipitur, veluti jejuniæ Ecclesie; sed etiam sub pœna privationis beneficiorum, officiorum, pensionum, structuum &c. sine ulla alia monitione, citatione, iudicis decreto, aut ministerio, ipso facto incurrenda?

Omitto Conc. Tridentinum, quod sess. 24. de Refor. c. 6. ita statuit: *Omnes Ecclesie persone quantumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, & beneficia qualiacumque Ecclesiastica obtinuerint, quæ ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum, moti fuerint; honestum habitum clericalem, necnon Ordini & dignitati congruentem, & iuxta sui Episcopi ordinationem & mandatum non detulerint, per suspensionem ab Ordinibus ac officio & beneficio, ac fructibus, redditibus, & proventus ipsorum beneficiorum, nec non, si semel correpti, deus in hoc deliquerint; etiam per privationem officiorum & beneficiorum huiusmodi coerceri possunt & debent: Constitutionem Clement. 5. in Conc. Vannensi editam, quæ incipit: Quoniam & refertur Clement. 1. de vita & honest. Cleric. immorando & ampliatam.*

Putas, quia pro re parvi momenti Ecclesie ita foret sollicita? Et tot ederet Clericos ad ipsam observantiam? Si autem res magna est, cur magis requiritur temeritas, contemptus, aut contumacia, ut Clericus peccet mortaliter in obferendo tonsuram, aut vestes clericales, quæ ut peccet contra præceptum jejunii? Expectabo responsum, seu disparitatem rationis doctoribus.

Interim progrediar ad ea, quæ solent obijci contra principalem Conclusionem, à qua quantum defleximus. Sunt autem Cæc. 24. aliàs 25. Apostolorum sequentis tenoris: *Qui nupti, qui ad Clerum provecti sunt, præcipimus, ut si voluerint uxores accipiant, sed Lectores & Cantores tantummodo.*

Item cap. *Lectores* 8. dist. 22. (quod de Lectores cum ad annos pubertatis veniunt, cogunt continentiam profiteri. Ergo minoribus Ordinibus annexa est simpliciter obligatio continentie, excepto forte Lectorum.

Respondeo ad Can. Apostolorum; sub nomine Lectorum & Cantorum veniunt ibi, iuxta communem intelligentiam DD. omnes Clerici minorum Ordinum; adeoque potius probet nostram Conclusionem. Scio Vasquezium lib. disp. 249. n. 27. per Lectores & Cantores, esse

lum intelligere inferiores Lectoribus, quales sunt Olliani, sed sine aliqua probatione; unde non est audiendus.

Atque ut verum esset, quod Vasquez docet; solum inde sequeretur, aliquando aliquibus minoribus Ordinibus, scilicet Acolythatui & Exorcistatui fuisse annexam obligationem continentiae, quod non est contra Conclusionem, quae loquitur de obligatione hodierni temporis.

Fatetur autem Vasquez, postea in Concil. Romano sub Sylvestro can. 8. Subdiaconis tantum, ac proinde caeteris omnibus, in superiori gradu constitutis, prohibitum fuisse, post Ordinationem ad Matrimonium transire. Nul- lum, (inquit Conc.) Subdiaconorum ad nuptias transire precipimus, ne aliquam pravationem (aliis, aliquam pravationem) sumpserit.

Ad alium Canonem Conc. Carthag. patet responsio ex Gloss. ibi in expositione casus, quae talis est: Clerici quidam in pubertate 18. an. positi, volebant ad Subdiaconatum non promissa continentia promoveri: quastum fuis in Conc. Carthag. quid de hoc fieri deberet: Et responsum fuit, quod isti aut ducant uxores, aut cogantur continentiam profiteri, si volunt Subdiaconi fieri. Sin autem nolint Subdiaconi fieri, sinantur ducere uxores, iuxta can. 27. Apostolorum supra allegatum. Igitur propter hos canones non est recedendum a communi sententia.

Neque excipiendus casus, quo quis minores Ordines suscipere, putans iis annexam esse obligationem continentiae, & ideo habet intentionem se obligandi; tunc enim, dicunt Aliqui, manet obligatus, saltem tamquam ex voto simplicis.

Respondeo; votum ex eo errore pratico profectum, non obligat; quia deest absolutus consensus; & quamvis adfit conditionatus, tamen conditio non purificatur in hoc casu. Patet; quia talis solum voluit vovere sub conditione, si Ecclesia votum requisierit; atqui Ecclesia non requisivit; ergo non purificatur conditio; adeoque prior consensus conditionatus non transit in absolutum, qui tamen essentialiter requiritur ad obligationem voti sive solemnis, sive simplicis.

Sin autem dixeris; obligationem illam oriri immediate ex praeepto Ecclesiae absque voto; contra facit, quod revera nullum praeeptum fit; proinde si quae est obligatio, ea provenit ex erronea conscientia ordinati, quam tenetur sequi, quamdiu manet invincibilis, immo etiam vincibilis; ea autem deposita, statim evanescit omnis obligatio.

Dixi; Ex errore pratico; quia si solum fuerit error speculativus, id est, si voluit vovere, tametsi ex institutione Ecclesiae votum non foret annexum, certum est, quod obligetur; sicut ille, qui seclusa omni Ordinatione nuncuparet hoc votum.

Sed dicit aliquis; ratio videtur universalis pro omnibus Ordinibus; quia omnes Ordines sunt peculiare gradus ad cultum Dei, & ministerium Eucharistiae instituti, & omnes fuerunt immediate instituti a Christo secundum veram rationem Sacramenti; ergo vel omnibus, vel nullis annectitur obligatio continentiae.

Respondeo; jure divino nullis annectitur, ut patet ex Conclusionem sequenti; ut autem Ecclesia faceret divisionem, sufficiebat quaedam differentiae ratio, scilicet quod aliqui Ordines propinquius, & alii remotius in ministerio Eucharistiae deserviant. Quamvis etiam, non obstante hac differentia, potuisset Ecclesia antea annectere; etiam minoribus Ordinibus hanc obligationem.

Nunquid etiam consequenter; id est, nunquid posset Clericos jam ordinatos cum hac libertate, ad continentiam adstringere? Minime; quia est res nimis ardua superans communiter fragilitatem humanam, & ideo a Deo relicta sub consilio.

Unde Conc. Tolet. 2. cap. 1. ita statuit: De iis, quos voluntas parentum a primis infantiae annis Clericatus officio mancipavit, statim observandum, ut mox detonsi, vel ministerio Lectorum traditi, in domo Ecclesiae sub Episcopali praesentia a praeposito sibi debeant erudiri. At ubi octavam decimum aetatis suae compleverint annum, coram totius Cleri plebis, conspectu, voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perferatur &c. Quibus autem voluntas propria, interrogationis tempore, desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam (nubendi) auferre non possumus.

Ergo nec nos auferamus; sed cum Ecclesia Catholica omnibus, initiatis minoribus tantum Ordinibus, concedamus potestatem transeundi ad nuptias, eo semper salvo, ut si nupserint, non debeant gaudere privilegiis Clericorum; saltem aliquibus, juxta superius dicta.

Atque haec sufficiat delibasse de minoribus Ordinibus. Accedo nunc ad majores Ordines, & resolvo quaestionem in principio Sectionis propositam, ac Dico:

### CONCLUSIO II.

Obligatio perpetuae continentiae non annectitur majoribus seu sacris Ordinibus jure divino.

Ranciscus Turrianus in lib. de Sexta, septima & octava Synodis, ac lib. 2. de Dogmaticis verbi Dei characteribus; mordicus defendit, Clericos majoribus Ordinibus initiatos, jure divino continentiae ita teneri, ut etiam conjugibus, matrimonio antea conjunctis; uti non possint sine peccato; quanto magis, ut nequeant matrimonium postea contrahere?

PPP 3 Quera

23. Resp. ad 8. s. d. n. 9.

24. Quid si aliquis susciperet minores Ordines, putans iis annexam esse conti-

25. Obiectio.

Solutio.

26. An Ecclesia jam initia-

cap. 1. Conc. Tolet. 2.

27. Sententia Turriani obligatio-

27. Sententia Turriani obligatio-

obligatio nem conti- nentiae jure divino esse annexam sacris Ordina- tionibus.

Quem licet aliqui postea fuerint imitati, quod attinet ad matrimonium post Ordines contrahendum, tamen quod spectat ad continentiam in matrimonio ante Ordines inito, nullus ex schola Theologorum, quem ego legerim (inquit Vasquez hic disp. 247. nu. 2.) sententiam ejus probavit. Et merito; quia nullo nititur solido fundamento, ut ostendit Vasquez ibi per totam disp. allegando; & solvendo auctoritates, tum Scripturæ, tum Sanctorum Patrum, ac Conciliorum; quæ magno numero à Turriano afferuntur pro stabilienda sua sententia. Sed, ut verum fatear, parùm stabiliunt.

28. Prima ejus probatio ex Deut. 33.

Atque in primis nescio planè, quid faciât ad propositum, quod Deut. 33. v. 8. dicitur à Moysè, benedicente Levitas: *Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos; & fratribus suis, ignoro vos: & nescierunt filios suos.* Ergo Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi in novo Testamento non possunt generare filios, etiam ex matrimonio, ante Ordinationem contracto. Qualis Consequentia!

Rejicitur.

Nunquid Moyses benedixit ibi Levitis novi Testamenti, & non potiùs veteris legis, qui initiati ab eo, ad ulciscendam injuriam, factam Deo in adoratione vituli aurei, Exod. 32. arreptis gladiis promiscuè occiderunt, etiam proximos suos, nec pepercerunt patri & matri ac filiis? Non est dubitandum.

29. Rejicitur.

An fortè Levitæ veteris legis non habuerunt patrem & matrem aut fratres? Quis sapiens, & sic intelliget istum locum Deuteronomii? Et tamen de illis dicitur: *Nescio vos, ignoro vos.* Quæ ergo apparentiâ veri istud? *Et nescierunt filios suos, idem sit quod: Non habuerunt seu generaverunt filios?* Certum est Levitas veteris Testamenti & generasse & habuisse filios.

Quare Tut. voluerit ex illo loco probare suam sententiam, ex Vasquezio.

Unde bene dicit Vasquez suprâ nu. 104. mirabile sanè esse, eo testimonio voluisse Turrianum suam sententiam confirmare. Sed fecit hoc, inquit idem Auctor nu. 103. quòd cum esset castitatis amantissimus, virtutis zelo nimium accensus, id quod animo ardentè cupiebat, ex quolibet Scripturæ, & Patrum testimonio expressè sibi colligere videbatur. Quare frustraneum videri possit singulis Scripturis & testimoniis Patrum immorari; præsertim cum non facile sit asserendum jus divinum, nisi claris verbis in Scriptura, aut Sanctis Patribus exprimitur.

30. Secunda ex Apoc. 2.

Igitur nullius momenti est, quod pro hoc jure adducitur ex Apoc. 2. v. 14. & 15. *Quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac, mittere scandalum coram filiis Israël, edere & fornicari; ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Jam autem error & crimen Nicolai fuit, quòd cum esset unus ex septem primis Diaconis, voluit tamen uti uxore, antea sibi legi-*

timè copulata; ergo ille usus ex jure divino esse illicitus; alioquin malè fuisset reprehensus Episcopus Pergami super hac re; & dictum ei fuisset: *Pœnitentiam age, si quò minus, veniam habebis, & pugnabo cum illis in gladio iræ meæ.* vers. 16.

Respondeo Primò; hoc fuisse crimen Nicolai, quòd uxorem suam omnibus exposuisset, ad fornicandum, ac adulterandum alios provocaverit, quæ merito dicitur doctrina Balaam, qui fuit Auctor Balac, ut mitteret mulieres Moabitidas in castra Israelitarum, quæ essent fornicationem, & sacrificia sua provocarent.

Quòd autem hoc fuerit crimen Nicolai, & error Nicolaitarum, patet ex Clemente Alexandrino lib. 3. Stromatum, ibi: *In modum aduicâ muliere permisit, cui velle, tam videri, quam enim (Nicolai discipuli) hanc doctrinam de se consentaneam. q. a. dicit, quòd carne ut operaretur, quæ factum & dictum ab omni & incontinentibus, qui eius heresim profectantur, in modum effusèq. firmitantur.*

Refert quoque Epiphanius Hæret. 15. libro Nicolai docuisse; nisi quis singulari casu venetem exerceret, fore ut non posset inneticeps vitæ æternæ. Et tandem lapsum fuisse usum carnis contra naturam.

Respondeo Secundò; etiam usum propter uxoris fuisse illicitum Nicolai; ergo ex jure divino; quòd præcipiebatur vel illa continentia vel votum ejus, nego Consequentiam; nec potuit ex tunc obligatio continentiæ fuisse instituta ab Apostolis, aut certè voto liberè à Nicolao promissa. Dicit enim Epiphanius supra, Nicolai se ab uxore suâ aliquandiu tenuisse, ad imitationem eorum, quos Deus ab eos videbat.

Quibus verbis manifestè indicat, continentiam se Deo addixisse, sicut & reliqui ministris altaris. Quòd autem Deus talè præcepisset, omnino silet. Aliunde ergo præceptum istud divinum probandum est, quod in illo loco Apocalipteos.

Probatur, inquit, ex Luc. 21. v. 34. *Attendite vobis, ne foris quærentur corda vestra in crapula, ebrietate, & curis huius vitæ. Et 1. Pet. 5. v. 12. Pascite qui in vobis est gregem Dei. Ac paucis versibus post v. 7. subjungit: *Omnem sollicitudinem vestram provinciatis in eum, quoniam ipsi curæ ejus sunt.**

Item Apostolus 2. Tim. 2. v. 22. *Non intans Deo implicat se negotiis secularibus; ut ne peccet, cui se probavit. Et ad Titum 2. v. 12. *Contendens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè vivamus in hoc seculo. At maxima cura & sollicitudo, & seculari negotia ac desideria sunt de uxore, & filiis; ergo ex instituto Christi debent viri Ecclesiastici continentiam observare.**

Denique expressè Apostolus ad Titum 1. docet, Episcopum debere esse unus uxoris virum & continentem v. 6. & sequent. *Et qui*

finē crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensationem &c. benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem &c.

Idem docet 1. ad Tim. 3. v. 2. & sequent. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum &c. Et de Diaconis vers. 8. ait: Diaconos similiter pudicos &c. porro v. 12. Diaconi sunt unius uxoris viri &c.

Ubi cum Episcopis intelliguntur Presbyteri, & cum Diaconis Subdiaconi. Per uxorem autem intelligit eam, quam habuerunt ante Ordinationem, & admonet eos, ut filios habeant subditos cum omni castitate; minimè autem permittit, ut tunc signant filios; sed ut, quos antea genuerunt, habeant cum omni castitate, non solum admonendo & regendo eos, ut castè vivant; sed etiam ut ipsi deinceps castitatem servent.

Respondet; Christum, Petrum, & Paulum prohibuisse, aut potius ostendisse prohibitam, non solum Clericis & Ecclesiasticis viris; sed omnibus Christi fidelibus, nimiam curam & sollicitudinem, non solum circa uxorem, & filios, sed circa omnes res saeculares & mundanas; ne videlicet praefertantur rebus spiritualibus, quando res spirituales sunt in praeepto; sin autem sint liberae, quamvis non sit praeeceptum, propter eas relinquere res temporales, tamen consilium est de majori bono & perfectione, quod consilium etiam continetur in verbis praerallegatis.

Ergo in illis posita est Clericis lex totalis continentiae, & interdictus usus conjugii, etiam ante Ordinationem contracti, negatur Consequentiā; quia fieri potest, ut Clericus utatur uxore sua, absque eo, quod illum usum praefertat alicui rei spirituali, à Deo praeepta. Interim consilium optimum est viris Ecclesiasticis, etiam abstinere ab illo usu; alioquin non praeepto, ut tantò melius possint vacare rebus divinis, quarum cura ad ipsos specialiter pertinet.

Et quia ipsis praeter ceteris fidelibus incumbit observatio mandatorum Dei, ideo tectè Apostolus specialiter admonet Episcopos & Diaconos, ut sint continentes, & pudici, id est, ut abstineant ab illicitis immunditiis, & aliis operibus carnis.

Quòd verò dixit; ut Episcopi & Diaconi essent tantum unius uxoris viri, praeeptum est humanum, abstinendi à secunda uxore, ne videlicet essent bigami, quae est praecipua quaedam irregularitas, suo loco explicanda. Monet quoque, ut filios suos regant ad castè vivendum, & ut ipsi castè vivant, quantum scilicet tenentur; sicut & laici conjugati debent vivere in conjugali castitate, id est, non exercere actum carnalem extra conjugium.

Igitur ex his Scripturis nullatenus probatur, jure divino omnibus Clericis, sacris Ordinibus initiatis, praeeptam esse perpetuam & totalem continentiam, etiam ab actibus conjugalibus.

Sed neque ex testimoniis SS. Patrum, aut Conciliorum, quae omnia commodè possunt explicari, ut nihil aliud velint, quam à temporibus Apostolorum Ecclesiam praeecepisse illam continentiam, tanquam perfectionem vitae Evangelicæ, quae in sacris ministris magis debet elucere.

Atque procul dubio haec lex posita fuit ex speciali instinctu Spiritus sancti, qui post Christi in caelum Ascensionem, docuit Ecclesiam omnem veritatem, ita ut non sit verisimile, quòd unquam Ecclesia illam legem in toto abrogabit, quamvis hinc & nunc aliquando in ea dispensaverit, & in Ecclesia Graeca adhuc liceat uti matrimonio ante Ordinationem contracto, ut infra videbimus.

Rectè ergo dixit Concilium Carth. 2. can. 2. (& refertur can. 3. dist. 84.) Cum in praesentio Concilio de continentia & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione (aliàs, conscriptione) quadam castitatis per consecrationem annexi sunt. Episcopos, inquam, Presbyteros & Diaconos ita placuit, ut concederentur sacrosanctis Antiquitates & Dei Sacerdotes, nec non & Levitas, vel qui Sacramentis divinis infervant, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quòd à Deo postulante impetrare, ut quòd Apostoli docuerunt & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.

Et quis dubitet, verum esse, quod placuit Conc. Carthag. 5. can. 3. (& refertur can. 4. dist. 84.) Cum de quorundam Clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentia referretur, placuit Episcopos & Presbyteros & Diaconos, secundum propria statuta, etiam ab uxoribus abstinere?

Ubi ly Secundum propria statuta, non significat statuta, orta praecise ex natura & institutione ipsorum Ordinum; sed statuta Ecclesiastica, quae ideo propria dicuntur; quia ipsis Ordinibus annexa, & veluti passiones propriae, quia maximè convenientia, conjuncta sunt.

Porrò quòd Dionysius ait lib. de Eccles. Hier. c. 9. in 2. contemplatione, aliàs c. 4. p. 3. ubi de signo crucis impresso initiatis: Signum figura crucis impressum, significat omnium simul corporis cupiditatum cessationem. Vel, ut Turrianus legit: Omnes paviter appetitus carnales continere; haec, inquam, verba non significant cessationem à concubitu cum propria uxore, ex honesto fine, & debito modo; hoc enim est opus justitiae, & actus castitatis conjugalis; sed cessationem ab operibus carnis, quae enumerat Apostolus ad Gal. 5. v. 19. dicens: Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio (non dixit, concubitus cum propria uxore) immunditia, impudicitia &c.

Atque ut Dionysius intelligi deberet, etiam de illo concubitu licito, sicut illa ceremonia seu

37. Quomodo intelligenda Patres, qui videntur favere sensu Turri

38. Approbatur dicta Concilia Carth. 2. can. 2.

39. Explicanti quaedam verba S. Dionysii

Gal. 5. opera carnis, quae sunt fornicatio

35. i. Tr. mor. 1.

35. Responsio ad 4. priora Scripti.

36. Resp. ad duas postiores.



impressio signi crucis, non est ex jure divino Ordinibus annexa, sed solum ex jure Ecclesiastico; ita quoque perpetua continentia, etiam à licito concubitu, quæ tali signo designatur, non est annexa Ordinibus sacris ex jure divino, sed solum ex jure Ecclesiastico.

40.  
Expenditur  
testimonium  
alii,  
quod  
Sixti 3.

Omitto testimonium Sixti 3. in lib. de Castitate (qui habetur in 5. tom. Biblior. sacræ) ubi explicans illud Matth. 5. *Non veni legem solvere, sed adimplere*, ait: *Sacerdotes esse necesse est continentibus, non quomodocumque, ut expendit Turrianus, sed secundum Scripturam Pauli 1. Cor. 7.*

Verum hic liber perperam adscribitur Sixto 3. ut notat compiler Bibliothecæ loco allegato; quia continet multos Pelagianismos.

Deinde, ego nullum præceptum perpetuæ continentiae invenio apud Apostolum loco citato, ubi permittit virginibus liberum transitum ad nuptias. Et falsum est, quod videtur dicere Valquez supra nu. 118. secundum eandem Scripturam Sacerdotem non posse esse bigamum, cum Sacerdotis nulla ibi fiat mentio. Et ideo, sicut dixi, omitto illud testimonium, quia non authenticum; & quàmvis authenticum, non probat nisi obligationem juris Ecclesiastici.

41.  
Testimonium  
Sircii  
non probat  
nisi obligationem  
juris  
Ecclesiastici.

Nec aliam obligationem probat testimonium Sircii Papæ in Epistola 1. cap. 7. ubi: *Vnde & Dominus Iesus, cum non suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur, quia legem venerit implere, non solvere, & ideo Ecclesiam, cuius sponsus est speciosus formâ, castitatis voluit splendore radiare, ut in die iudicii, cum rursus advenerit, sine macula & ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, repetere: quarum sanctionum Sacerdotes omnes atque Levitæ insolubili lege constringimur, ut à die Ordinationis nostræ sobrietati ac pudicitia, & corda nostra mancipemus, & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificiis placeamus.*

Ubi Pontifex per *ly Sanctiones*, non intelligit præcepta perpetuæ castitatis; nam talia nusquam leguntur in Evangelio, sed consilia, quæ Christus tradidit in Evangelio. Porro hæc consilia per Ecclesiam in legem transferunt respectu Sacerdotum & Levitarum, legem, inquam, insolubilem propriâ auctoritate.

Sanè per castitatem, quâ voluit Christus, Ecclesiam Evangelicam antiquæ antecellere, non solum intelligendâ venit castitas sacrorum hominum; sed etiam cæterorum, qui juxta consilium Christi eam amplecti vellent. Unde *ly Voluit*, in verbis Pontificis, non significat voluntatem obligantem; sed consulentem & commendantem virtutem castitatis, tamquam perfectionem legis Evangelicæ.

42.  
Expenditur  
aliud  
testimonium  
eiusdem  
Pontif.

Quod autem idem Pontifex Epist. 4. ait, *Litæras tales* (in quibus etiam tractat de continentia Sacerdotum & Levitarum) dare placuit, non quæ nova præcepta aliqua imperent; sed quibus ea,

quæ per ignaviam desistant, aliquorum negligentia, observari cupiamus, quæ tamen apostolica & Patrum constitutione sunt constantia, manifestum est, non significare præceptum divinum; cum plura ibi enumeret, quæ constat solum esse juris Ecclesiastici: v. g. *Vi mulierem, id est, viduam, Clericus non ducat uxorem: Vi is, qui laicus viduam ducat, non admittatur ad Clerum.*

Ex quo patet responso ad testimonium Epiphani Hæresi 59. ubi sic ait: *Revera enim non suscipit sancta Dei predicatio post Christi adventum eos, qui à nuptiis mortuâ: propter uxorem, secundum consuetudinem sunt, propter excellentem sacerdotis honorem & dignitatem. Et hæc cerib sancta Dei Ecclesia cum sinceritate observat. Sed & ad hoc videtur, & liberis gignentem, unius uxoris virum non suscipit, sed eum, qui se ab una continent, aut in viduitate nec Diaconum, & Presbyterum, & Episcopum & Hierarchicum, maxime ubi sinceri sunt canones Ecclesiastici.*

Ecce eodem modo loquitur hic Auctor de bigamo, & de eo, qui liberos gignit; & dicit, neutrum suscipere sanctam Dei prædicationem post Christi adventum; vel ergo uterque iure divino prohibetur, quod est falsum, vel occurrat, quod verum existimamus; unde non vocantur nones divinos, sed Ecclesiasticos, id est, ab Ecclesia institutos.

Sed nunquid hi canones rectè dici possunt leges novi Testamenti? Non est dubium, quoniam ab Apostolis in novo Testamento constituti sunt. Adeoque nihil probat testimonium Sebastiani Casariensis lib. 1. de Demonstrationibus Evangelicæ c. 9. in fine: *Ad quæ, inquit, scriptura nostra in presenti studiose sedatores remittimus: ut unum admonentes, ne novi quidem Testamenti leges, & c. Oportere enim, dicit sermo divinus, Episcopum unius uxoris virum esse. Verumtamen et, qui non sint, atque in Dei ministerio cultuque occupati, non nere deinceps seipsos à commercio uxoris decet.*

Planè id decet; immo necessarium est, sed non ex speciali lege Christi; sicut licet decet, immo necessarium sit, Episcopum unius uxoris esse virum; non tamen ex speciali lege Christi, sed tantum ex præcepto Ecclesiæ.

De quo etiam præcepto intelligi potest can. Conc. Toletani 8. *Quintæ actionis impiose pernit ad totius Concilii sacrum audium, quodam de sacerdotibus & ministris, obliviscentes matrem ac matrem constitutorum, aut uxorem, aut quarumcumque faminaram immundâ societate, & execrabili contagione turpari, & pessimâ cordis oblatione tantis criminibus, quam Patrum regibus obstantes, nec in quidem respiratione contemplant, quod scriptum est: Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit Dominus. Et illud apostolicum: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, id est, fornicationem, & immunditiam, concupiscentiam malam, & avaritiam & c.*

Ubi Concilium illud, concubitus Sacerdotis cum uxore, vocat immundam societatem, & execrabilem contagionem; obviatens sacris

Literis; tum, quia prohibitus est per legem Apostolicam, contentam in sacris Literis, tum, quia, supposita lege Ecclesiae, talis concubitus verum sacrilegium est, quod, sicut & alia plura crimina, in sacris Literis damnatur.

Græci licitè utuntur matrimonio, antea contracto; illicitè contrahunt post Ordinationem.

**H**æc Conclusio multas habet partes; quæ sigillatim explicandæ sunt. Atque imprimis, præter testimonia præcedenti Conclusionè allata, quæ possent sufficere ad probandam antiquitatem hujus obligationis, unum addo ex Clement. Rom. Epist. ad Jacobum fratrem Domini, in qua inter alia multa documenta, hoc unum de ministris altaris tradit, dicens: *Ad dominica autem ministeria tales eligantur; qui ante Ordinationem suam coniuges suas noverint* (scilicet, si semper continere noluerint, juxta interpretationem Humberti Card. tempore Leonis 9. lib. contra Nicetain) *quod si post Ordinationem ministris altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, sacrum non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat &c.*

In fine autem Epistolæ testatur se hæc omnia ex Petro Apostolo Magistro accepisse, ibi: *Hæc igitur frater Iacobe de ore S. Petri iudicatis audivi: Si quis præcepta hæc non integrè custodierit, sit Anathema usque ad adventum Domini nostri Iesu Christi; Hæc præcepta à S. Petro Apostolo accepi & tibi frater charissime infirmare curavi, ut servari omnia facias sine macula.*

Cumque hic nulla fiat distinctio inter Ecclesiam Latinam & Græcam, uti nec in Conc. Carthag. 2. & aliis testimoniis Conclus. præcedenti allegatis; quidni in utraque Ecclesia hoc præceptum ab initio fuerit observatum?

Non video rationem distinguendi; nisi quod de sacro Græci licitè utantur matrimonio, antea contracto, & non constet de tempore, quo ille usus fuerit introductus; ut proinde videatur fuisse licitus à principio Ecclesiae.

Et ita videtur sentire Scotus 4. dist. 37. q. un. n. 5. ibi: *Si tamen dicat; quod etiam tunc licuit habere unam: verum est secundum consuetudinem Ecclesiae primitivæ, utendò matrimonio prius contracto.* Et cum non distinguat inter Ecclesiam Latinam & Græcam, videtur sentire in utraque Ecclesia tempore Apostolorum fuisse licitum uti matrimonio antea contracto; maxime cum sit responsio ad illud Apostoli 1. ad Timot. 3. *Unus uxoris vir.*

Atque ut intelligendus foret Doctor de sola Ecclesia Græca, planè docere videtur, tempore, quo Apostolus scripsit illam Epistolam, fuisse licitum in Ecclesia Græca uti matrimonio antea contracto. Quæ est sententia Iudoci Clitovæzi in propugnaculo de Continentia cap. 6. 7. 21. & 22. quam refert & sequitur Claudius Spenceus lib. 1. de Continentia cap. 4. non parùm à principio.

Respondeo; mihi non satis constare de propria mente Scoti; nam duplicem ibi assignat explicationem, atque hæc secunda est: prima Q999 autem:

46. Explicatur alia Conc. Pontif. & Patres de antiquissima obligatione,

47. Ex quo probatur illa antiquitas. Quippe Melancthon in Apol. Confess. August. & Kemnitius in exam. Conc. Tridentini ad sess. 24. can. 9. ausi sunt dicere, fuisse hanc legem à Romanis Pontificibus contra antiqua Concilia introductam, & in Germania non ante 400. annos inventam. Clitovæus etiam lib. de Continentia à cap. 4. putavit hanc legem in Ecclesia Latina incepisse à Siricio Papa, qui assumptus fuit anno Domini 385. & anno sequenti legitur convocasse Romæ Concilium & hanc legem tulisse: atque Clitovæus nec antea, nec post fuisse in Ecclesia Græca receptam. Ipsi etiam Græci hanc institutionem fuisse noviter in Ecclesia Latina introductam contendunt, ut refert Arcudius in Concord. lib. 7. c. 34. Itaque non supponenda, sed probanda manet illa antiquitas.

Respondeo; satis videti probatam ex testimoniis, jam allegatis pro jure divino; interim, ad eximendum omnem scrupulum, pono sequentem Conclusionem;

CONCLUSIO III.

Obligatio perpetuæ continentiae annexa fuit Ordinibus sacris jure Ecclesiastico à temporibus Apostolorum, tam in Ecclesia Græca, quam Latina; & annexa manet in Ecclesia Latina.

48. Probatur antiquitas illa ex Clem. Rom.

49. qui nullam facit distinctionem inter Ecclesiam Latinam & Græcam.

50. Videtur sentire Scotus à principio Ecclesiae fuisse licitum sacerdotibus licitum uti matrimonio antea contracto.

Clitovæzi.

Spenceus. Non satis constat de propria mente Scoti.

mente Scoti.

autem: Illud Apostoli: Unius uxoris vir, intelligitur, id est, non plarium, nec tunc tantum de presenti, sed de praeterito, id est, quod non habuit plures, quia tunc esset bigamus & irregularis. Quae sufficientissima est. Unde secundam videtur addidisse ex sententia Aliorum. Haec autem nec nobis, nec aliis Theologis communiter probatur, propter testimonia nimis generalia, in quibus nulla fit mentio illius consuetudinis, neque in una, neque in alia Ecclesia.

§ 2. Objectio ex can. 5. & 10. Apost.

Sed contra, inquis, can. 5. aliis 6. Apost. dicitur: Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus uxorem suam ne eniciat religionis praetere. Et can. 10. Si quis Episcopus, Presbyter vel Diaconus, vel omnino ex sacerdotali numero, à nuptiis, carnibus, & vino, non propter exercitationem, sed propter abominationem abstinere, oblitus quod omnia valde bona, & quidd masculinum & femininum fecit Deus hominem, sed blasphemans calumniatur opificium; vel corrigatur, vel deponatur, & ex Ecclesia eiiciatur. Similiter & laicus.

Item ex 1. Cor. 9.

Et ita ipsimet Apostoli videntur habuisse uxores, & de iis dixisse Paulus 1. Cor. 9. v. 5. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi sicut ceteri Apostoli, & fratres Domini & Cephas?

& Epist. Ignatii ad Philadel.

Unde Ignatius eorum discipulus in Epist. ad Philadelph. non parùm ante medium ait: Non detraho autem ceteris beatis, qui nuptiis copulati fuerunt, quorum nunc memini; opto enim Deo dignus, ad vestigia eorum in regno ipsius inveniri, sicut Abraham, & Isaac, & Iacob, sicut Ioseph & Isaias, & ceteri Prophetae, sicut Petrus & Paulus, & reliqui Apostoli, qui nuptiis fuerunt sociati, qui non libidinis causa, sed posteritatis subroganda gratia coniuges habuerunt.

§ 3. Resp. ad Epist. Ignatii,

Respondeo; quidquid sit de Apostolis, an omnes praeter Joannem (quem prius exceperat Ignatius) habuerint uxorem, quod non certò constat ex illo testimonio, cum in Codice Vaticano, & aliis antiquis Codicibus non nominetur Paulus; ad propositum nostrum sufficit, quòd postquam secuti sunt Christum & ordinati Sacerdotes, nunquam fuerint usi suà uxore; neque enim nos hic contendimus, uxoratos non posse initiari sacris Ordinibus, sed solummodo non posse amplius uti suà uxore. Jam autem illi Patres, qui docent, Apostolos habuisse uxorem, etiam affirmant, post vocationem non fuisse eà usos ad generationem.

Matth. 19.

Idque manifestè colligitur ex illo Matth. 19. v. 27. Tunc respondens Petrus ( nomine omnium Apostolorum ) dixit ei ( Christo ) Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Christus autem explicans quae sint ea, quae relicturi erant ii, qui ipsum perfectè vellent sequi, v. 29. ait: Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam aeternam possidebit. Ergo non est verisimile Apostolos, qui perfectè Christum sequi debe-

bant, uxores, ac earum usum conjugalem tenuisse.

Ex quo patet, quam Paulus intelligit 1. Cor. 9. Mulierem sororem, scilicet non propriam uxorem, saltem ut talem, id est, ad usum conjugalem; sed quamcumque mulierem Christianam, quae ut soror ministraret necessaria ad sustentationem; sicut Sunamitis 4. Reg. 4. sustentabat Elizeum. Unde in vulgata nostra editione non legitur: Sororem mulierem, sed, Mulierem sororem, id est, mulierem Christianam, quae licet sanguine non foret soror, tamen ex charitate, officium sororis praestaret. Ita exponunt plerique sancti Patres Graeci & Latini.

Quare per ly Potestatem, non denotatur potestas vici in uxorem, sed Doctoris in discipulam; vel verius, significatur facultas facultatis circumducendi, ut patet ex contextu illius capitis, cujus Summarium sic incipit: Non accipiebat Paulus victum à Corinthiis, quia concionabatur, ut omnem amputaret offensionem, licet hoc sibi fuisse licitum malis praeter argumentis.

Hinc ait v. 1. Non sum liber? Et v. 4. Quid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Quid autem potestas ibi aliud significat, quam licentiam? Ergo similiter verbi 5. quod dicitur: Nunquid non habemus potestatem circumducendi mulierem sororem? Per potestatem intelligit licentiam; & satis significat, finem ad circumductionis fuisse ministratorem, ut quae erant necessaria ad manducandum & bibendum.

Nec obstat; Apostolos suam sustentationem accepisse à populis; quia & ille ministerium pars populi, & ab aliis partibus acceptum eleemolynas pro sustentatione Apostolorum ne ipsae nimium gravarentur, & qui ministratum substantia plenè non sufficiebat, aut autem, essent pars populi patet, quia in populum intelliguntur illi, quibus Apostoli ministrabant Sacramenta & verbum Dei. Quod Apostoli eodem loco v. 11. si nos vestimenta seminavimus, magnum est, si nos carnalia metamus?

Quantum ad Canones Apostolorum, quos quagesimus se ipsum explicat, & ubi se tantum damnare Episcopos, Presbyteros, vel Diaconos, qui cum Saturnino, qui quae gregalibus, cum Ebionitis, Encratitis, Tartanis, Marcionitis, & Manichaeis absternebant à nuptiis, dicentes per se malas & prohibitas; de qua doctrina Apostolus 1. Tim. 4. in principio sic ait: Spiritus erroris manifestè dicit, quia in novissimis temporibus ( id est, totà hac ultimà aetate, quae est à Christo usque ad iudicium ) discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in his se loquentium mendacium, & castitatem veritatem suam conscientiam, prohibitionem habere, & finire à vobis &c.

Seet. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 3. 675

Et ideo Canon præfatus non loquitur de solis Clericis seu Ordinibus initiatis, sed etiam laicis, ut patet ex ultimis verbis: *Similiter & laicus*; ergo malè ille Canon adducitur specialiter contra ordinatos, qui ratione præcepti, vel proprii voti abstinere à nuptiis, non autem, quia ex se malè sint.

57. Porro quid respondendum sit ad Can. 5. aliàs 6. Apost. patet ex cap. 11. dist. 32. ubi Humbertus Card. nomine Leonis 9. cujus erat Legatus, scribens contra libellum Nicetæ Abbatibus, ait: *Omnino consitemur non licere Episcopo, Presbytero, Diacono, Subdiacono propriam uxorem causâ religionis abstinere à cura sua, scilicet ut ei victum & vestitum largiatur; non ut cum illa ex more carnaliter iaceat.*

Ubi Gloss. verb. *Largiatur*, inquit: *Sequestrato tamen habitaculo, ut 77. dist. Episcopus. Et hic cum persona est suspecta.* Ergo cum persona non foret suspecta, sufficeret sequestratus torus secundum illam Glossam.

58. Hercule uxores, ante Ordines Matrimonio junctas, non esse domo expellendas, manifestè constat ex leg. 19. Cod. de Episcopis & Clericis, ubi Theodosius Imperator statuit: *Eum, qui probabilem seculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiae appellations non decet. Quicumque igitur cuiuscumque gradus Sacerdotio suscipitur, vel Clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicitur consortia cognoscant: hæc tamen eis facultate concessa, ut matres, filias, atque germanas intra domorum suarum septa continent: in his enim nihil veri criminis existimari sedus naturale permittit. Illas etiam non relinqui castitatis (aliàs, charitatis) hortatur affectio, quæ ante Sacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium; neque enim Clericis incompetentè adiuncta sunt, quæ dignos Sacerdotio viros suâ conversatione fecerunt.*

Igitur hic Imperator, qui probè noverat mentem Concilii Nicæni, Canonem 3. quem statim subscribo, intellexit non de uxoribus, sed de mulieribus extraneis sive subintroductiis, quæ appellabantur nomine fororum adoptivarum, & admittebantur prætextu aliquo pietatis.

Ecce verba Conc. Nicæni: *Interdixit per omnia Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omnino, qui in Clero est, licere subintroductam habere mulierem (aliàs, mulierem extraneam) nisi forè aut matrem, aut sororem, aut amatam, vel eas tantùm personas, quæ suspiciones effugiant. Iam autem propria uxor liquet profectò, quia neque est mulier subintroducta, neque extraneâ.*

Unde putat Vasquez hic disp. 247. nullatenus per illum Canonem fuisse prohibitum usum matrimonii, antea contracti, maxime cum loquatur de toto Clero, adeoque etiam de initiatis minoribus Ordinibus.

Immo idem Auctor eodem loco conatur offendere, usum illum fuisse à Concilio permissum seu concessum; idque ex quadam histo-

ria, quam narrat Socrates lib. 1. suæ Historiæ cap. 8. hisce verbis: *Visum erat Episcopis (Conc. Nicæni) legem novam in Ecclesiam introducere; ut qui essent Sacris initiati (sicut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi) cum uxoribus, quas, cum erant laici, in matrimonium duxissent, minimè dormirent.*

Refertur quædam historia ex Socrate.

Et quoniam illis erat propositum de hac re consilium inire, in medio eorum concessu surrexit Paphnutius, ac vehementer vociferatus est, non grave jugum cervicibus illorum imponendum esse, qui erant Sacris initiati: honorabile esse conjugium inter omnes & eorum immaculatum: videndum, ne nimis exquisitâ præscriptione Ecclesiam gravi incommo afficerent. Omnes enim non posse ferre tam austèram disciplinam; tamquam ab omni animi perturbatione vacuam; neque à singulorum uxoribus fortasse eam castimoniam normam posse servari. Viri autem cum uxore legitimum concubitum, castimoniam appellavit: illud satis esse, ut qui in Clerum ante adscripti erant, quam duxissent uxores, hi secundum veterem Ecclesiæ Traditionem deinceps à nuptiis se abstinerent: non tamèn quemquam ab illa, quam jam pridem, cum laicus erat, uxorem duxisset, se-jungi debere.

Illam in Episcoporum conventu orationem habuit Paphnutius; cum ipse non modò nuptias non expertus esset, sed etiam (verè dixerim) mulierem non aliquando attingisset: nam à puero, in monasterio se ipsum severo vitæ disciplinæque generi totum dederat: qui quidem propter singularem castimoniam; præ ceteris planè in magna famæ celebritate vixit.

Itaque cum totus Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum conventus verbis Paphnutii assensisset, controversia, de hac re exorta, penitus sedata est, potestaque permessa cuicunque pro arbitratu ab uxorum consuetudine abstinendi. Hactenus Socrates. Idemque narrat Sozomenus lib. 1. Hist. Eccles. c. 22.

Quam utique historiam tametsi multi rejiciant, tamquam apocrypham & confictam, propter diversas rationes; equidem vasquez supra am-babus manibus amplectitur, tamquam veram & authenticam, & rationes omnes in contrarium conatur dissolvere: an autem revera dissolvat; parùm refert ad Conclusionem.

Quippe ut vera foret, cum aliunde constet, in Ecclesia Latina semper viguisse legem perpetuæ perfectæque continentiæ; ad summum probaret, ante Concilium Nicænum, & post illud in Ecclesia Græca permissum fuisse ordinatis, uti conjugio antea contracto, quod nostra Conclusio non negat; sed tantùm docet, à principio Ecclesiæ fuisse præceptam generè pro utraque Ecclesia; potuit autem illud præceptum, utpote humanum, contrariâ consuetudine legitime præscriptâ pro una Ecclesia tolli, & non pro alia. Et ita de facto non obligare in Ecclesia Græca, quamvis semper obligaverit, &

59. A multis rejicitur tanquam conficta.

ut autem vera foret, non contrarietur nostræ Conclusioni.

modò obliget in Ecclesia Latina, vix videtur dubitandum, propter apertissima jura, & quotidianam praxim.

61. Prout offenditur ex Concilio Ancyrano. Ut autem incipiamus ab Ecclesia Græca, id est, orientali, in Concilio Ancyrano (quod præcessit Nicænum) c. 9. aliàs 10. hæc lego: Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sunt, & dixerunt, velle se coniugio copulari (secunda translatio habet: Velle se habere uxores. Et 3. Oportere se uxores ducere) quia sic manere non possunt; hi si postmodum uxores duxerint (alia translatio habet: Si ad nuptias venerint) in ministerio manebant, propterea quòd eis Episcopus licentiam dederit.

Qui Canon cum aliis postea approbatus fuit à Leone 4. ut refertur dist. 20. cap. De libellis 1. ibi: Quibus autem in omnibus Ecclesiasticis utimur iudiciis, sunt Canones Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocesariensium, Gangrensiū, Antiochen-sium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonen-sium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginiensium.

62. in quo non solum per-mittitur conjugium Diaconi, sed positivè videtur approbati, seu concessi. Et verò in præfato Canone non solum per-mittitur illud conjugium, sicut permittuntur alia peccata, sed positivè videtur approbati per illa verba: Propterea quòd eis Episcopus licentiam dederit, scilicet postea contrahendi matrimo-nium. Neque hic conceditur tantum potestas utendi matrimonio, ante Ordinationem con-tracto (ut Aliqui volunt, qui per ly Coniugis copulari, intelligunt copulam conjugalem) sed magis conceditur potestas, post Ordinationem contrahendi matrimonium; hoc enim signifi-cant hæc verba: si postmodum uxores duxerint, quæ propriè significant contractum matrimonii, & non tantum ulum matrimonii, antea con-tracti.

Enimverò si Episcopus peccasset, conce-dendo talem licentiam, putas, quia Concilium eum non punivisset? Non punivit autem; ergo supposuit Concil. quòd illa licentia non esset peccaminosa; per consequens, quòd matrimo-nium & copula matrimonialis non essent per se mala iis, qui sic protestati fuissent, & ab Epi-scopis licentiam accepissent.

63. Hæc concessio non videtur se extendisse extra illam Provin-ciam Ancyrae sive totius Galatiæ, cujus est illa urbs. Sicut etiam non extendebatur ad Sacerdotes, sed spectabat solum ad Diaconos; ut patet ex verbis relatis, cum quibus tamen de-bent intelligi etiam Subdiaconi.

Quare illius moris, qui deinceps per totum Orientem servatus fuit, & adhuc servatur, non solum apud schismaticos, sed etiam apud Catholicos, non reperitur aliud antiquius monu-mentum & decretum, quàm Conc. Nicæni su-prà, si vera est historia ibi relata.

Proximè accedit decretum Trullani Concilii (quod celebratum fuit anno Domini 692. sub nomine Sextæ aut Quinifextæ Synodi) can. 13.

Quoniam in Romani ordine canis esse cogitur, graduum, eos qui ordinati sunt Diaconi vel Presbyteri, debere confiteri, quòd iam suis non copulentur uxores, nos antiquum sequentes canonem Apostolicæ disciplinae, & constitutiones (quoniam Apostolus præcipit, ut vir reddat debitum uxori, inquit Gloss. ubi) sacrorum virorum, legales nuptias amodo ducere volumus, nullo modo cum uxore suis eorum concubia dissolventes, aut præantes eas familiaritate ad inter-cem in tempore opportuno.

Quicumque ergo diligens (aliàs, dignus) interitus fuerit in Subdiaconali Ordinatione, aut Diaconali, vel Sacerdotali, hic nullo modo probetur ad vitam ascendere gradum pro uxoris suæ legitime celebra-tione. Nec etiam tempore Ordinationis suæ postea cogatur, quòd abstinere debeat à legalis propria uxoris familiaritate.

Item infra: Oportet eos, qui aliam uxorem in tempore oblationis (aliàs, tractationis) suscipiunt, continentes esse in omnibus, ut à Deo postea conjugia quæ simpliciter postulant. Si quis igitur postquam contra Apostolicos canones aliquos Presbyterorum & Diaconorum private contractu & communione legitime uxoris, deponatur. Similiter & Presbyteri et Diaconi, qui religionis causâ uxorem suam ex causa, commu-nicaverint: si verò in hoc permanserint, deponantur. Hactenus Concil.

Et quàmvis nequaquam fuerit legitimus, nec quantumvis annitentibus Græcis (ut refertur Baronius to. 8. ad illum annum) fuerit à Sede Apostolica approbatum: tamen consuetudine ipsâ, & concessione Ecclesiæ, hæc licentia quæ Græcos firma permansit, ut ipsi Græci celebrarentur; eo semper salvo, ut non liceat eis contra-here matrimonium post Ordinationem, ut de hoc betur can. 6. sequentis tenoris: Deinceps penitus Hypodiaton, Diacon, Presbyter, & Sacerdos Ordinationem suam contrahere non liceat.

Sed neque Episcopo vacare conjugio, ut patet in initio; uti decernitur can. 12. sub hæc verborum: Porro hoc quoque ad nostram cognationem pervenit, quòd in Africa & Lybia & aliis locis, quibusdam ex his, qui illic sunt religiosissimi Presbyteri propriis uxoribus, etiam postquam ad eam præcipue ordinati, una habitare non recitant, ex eo quòd præcipue dicuntur & scandalum afferentes. Cum itaque illius nostrum in eo magno labore, ut omnia ad gratiam manus nostras traditi; nobisq; commisi, ut certum fiant, nobis visum est, ut nihil ejusmodi deinceps modo fiat.

Hanc consuetudinem, seu traditionem Ecclesiæ Græcæ, probè noverat Stephanus Papa, unde in prima actione Synodi ab ipso in Basilica Lateranensi congregatæ (ut refertur dist. 2. cap. 14.) inquit: Aliter se Orientem Ecclesiæ habet Ecclesiarum, aliter Injns s. Romana Ecclesiæ. Nam earum Sacerdotes, Diaconi, atque Subdiaconi matrimonio copulantur: istum autem Ecclesiæ vel Co-munitatis licentiam habet conjugium sortendi. Ubi Gloss. verb. Copulantur. id est, copulari utuntur.

& cap. 6. de Cler. con- jug. Accedit testimonium Innoc. 3. cap. 6. de Clericis conjugatis, ibi: Nos igitur attendentes quod Orientalis Ecclesia ratum continentie non admisit: quoniam Orientales in minoribus Ordinibus contrahunt: & in superioribus utitur matrimonio jam contracto.

Item ex e. 7. de Penit. & remiss. Idque manifestè supponit Clemens 3. cap. 7. de Penit. & remiss. in principio: Quisquam est utrum sacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet uti, penitentia publica sit imponenda &c.

66. Obijciunt responsum Nicol. 1. ad consulti Bulgatorum. His non obstat, responsum Nicolai ad consulta Bulgatorum c. 70. quod refertur dist. 28. cap. 17. in hæc verba: Consultandum decernimus; utrum Presbyterum habentem uxorem debeat sustinere, & honorare, an à vobis projicere. Ad quod respondemus; quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles, vos tamen Deum convenit imitari, qui solem suum oriiri facit super bonos & malos. Despicere verò eum à vobis ideo non debetis, quoniam nec indam Dominus, cum esse mendar discipulus, de numero Apostolorum ejecit.

Hoc, inquam, responsum non probat, illo tempore in Ecclesia Græca ulum matrimonii contracti fuisse illicitum Sacerdotibus; quoniam, ut notatur ibi in propositione casus, Bulgari sunt populi inter Ungariam & Græciam constituti. Ac aliunde fieri potuit, ut tunc Bulgaria usum potius Latine Ecclesie profiteretur, quam Græcæ, quàmvis nondum haberent Episcopum, à Romana Sede sibi constitutum, ut patet ex fine istorum responforum ibi: Cùm autem Episcopum Deo concedente per Praesulatus nostri ministerium habueritis, ille vos docebit omnia, quæ ad officium suum pertinent.

Et nota, quod in principio cap. 106. dicitur: Postremo de peccaminibus suppliciter, ut vobis, quemadmodum ceteris gentibus, veram & perfectam Christianitatem non habentem maculam aut rugam, largimur; afferentes, quod in patriam vestram multi ex diversis locis Christiani advenierunt, qui, prout voluntatem eorum existit, multa & varia loquuntur, id est, Græci, Armeni, & ex cæteris locis; quapropter juberi posuit, utrum omnibus his secundum varios sensuum eorum obedere, an quid facere debeatis.

67. Ex quibus verbis patet; illo tempore non solum Presbyteros Græcos & Armenos, sed etiam Latinos fuisse in Bulgaria, & indubiè etiam ex ipsis Bulgariis jam aliqui erant facti Presbyteri; cùmque etiam ex tunc Bulgari velint vivere more Ecclesie Latine, quaesierunt non de Presbyteris Græcis, sed de Latinis & Bulgariis, quid esset juris.

Et merito respondit Pontifex; ipsos valde esse reprehensibiles, si more Græcorum velint uti suis uxoribus; equidem esse tolerandos, & non desiciendos, scilicet à laicis, sed ab Episcopis puniendos; nam verbis supra allegatis actutum subiungitur: Verum de Presbyteris vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, neque de eorum vita quidpiam investigandum, sed Episcoporum iudicio quidquid est per omnia referendum.

Fortè etiam interrogatus fuit Pontifex de Sacerdotibus, qui post Ordinationem duxerant uxores, quod nequidem Græcis unquam fuit licitum.

Itaque ex jam dictis satis, arbitror, probata manet ultima pars Conclusionis, puta: Græci licite utuntur matrimonio antea contracto, illi autem contrahunt post Ordinationem.

Quantum ad secundam partem; quod videlicet obligatio perpetuæ continentie, quæ à principio fuit, maneat annexa Ordinibus sacris in Ecclesia Latina, eam omnes Catholici admittunt propter frequentissima & maximè obvia decreta, continuè praxi observata. Duo tantum dubia occurrunt, quæ merentur aliquam examinationem.

Primum est; nòm ex aliqua saltem parte hæc obligatio pro aliquo tempore fuerit specialiter in Hispania interrupta. Secundum; num ab initio simul fuerit annexa obligatio continentie omnibus iis Ordinibus, quibus hodie annexa est.

Incipio à primo; & ratio dubitandi oritur ex can. 33. Conc. Illiberitani, ubi dicitur: Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus positus in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios.

Nota autem ly in totum; quo videtur denotari, legem illam latam fuisse de servanda continentia omni tempore, & non tantum tempore vicis ministerii, sicut tunc in Ecclesia Græca servabatur, ut patet ex can. 13. Conc. Trullani supra allegato; & videtur constitutum in Conc. Carth. 5. can. 3. ubi sic lego: Cùm de quorundam Clericorum, quàmvis erga uxores proprias, incontinentia referretur, placuit Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos secundum propria statuta ( id est, diebus quibus ministrant ) etiam ab uxoribus abstinerere.

Ita hunc can. videtur intellexisse Concilium Trullanum supra, ibi: Scimus autem, sicut & qui Carthagine convenerunt, & ministeriorum gravitatis honestatisque, curam gerentes dixerunt, ut Subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & Diaconi, & Presbyteri propriis terminis à consortibus abstineant: ut & quod per Apostolos traditum est, & ab ipsa usque antiquitate servatum, nos quoque similiter servemus, tempus in omni re scientes, & maximè in ieiunio & oratione. Ita Concilium.

Sed minus bene, ut patet ex can. mox relato ex Binio tom. 1. Concil. qui eisdem verbis reperitur in Decreto Gratiani dist. 84. cap. 4. in quo nulla fit mentio Subdiaconorum; neque dicitur Propriis terminis, sed; Secundum propria, vel, ut Alii, Priora, seu; Priorum statuta, quia scilicet in aliis Conciliis & iuribus ita jam statutum erat.

Igitur malè Conc. Trullanum, ad firmandum suam decretum, adduxit Concilium Carthaginense; nam Ecclesia Carthaginensis potius semper cum Latina & Occidentali concordata.

68.

An obligatio continentie pro aliquo tempore fuerit specialiter in Hispania interrupta.

69. Pars affirmans videtur colligi ex can. 33. Conc. Illiberitani.

Conc. Carth. 5.

70. Conc. Carth. 5. de continentia.

Conc. Trull. male adducit ad firmandum suum decretum Conc. Carth.

cordavit. Ut proinde ex Conc. Carthaginensi nullatenus probetur, in Ecclesia Latina aliquando licitum fuisse uti conjugio extra tempus ministerii.

71. Resp. i. ad Conc. Illibe.

Sed neque ex Concilio Illiberitano supra allegato; quia sapius solent iterato leges ferri de iis rebus, quae jam sub obligatione sunt, & manent, ut tauto firmiter & inviolabiliter res istae observentur; maxime quando circa observantiam ex pravitate subditorum aliquis cepit abusus introduci, ut ita renovatione legis ille abusus tollatur. Et fortassis ita contigit in illo Concilio.

Secunda.

Deinde illud: *In totum*, referri posset, non ad tempus, quasi ibi praecipitur, ut in omni tempore a sacris hominibus continentia servetur; sed ad totum statum ministrorum altaris, eorum, inquam, qui proxime in altari ministrant, quos proinde ibi enumerat dicens: *Episcopus, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus positis in ministerio*, id est, qui sunt positi in proximo ministerio altaris, non autem quando positi sunt.

Et quamvis de Presbyteris & Diaconibus lex eadem prius lata foret, forte tamen nondum de Subdiaconibus aliqua similis lex emanaverat, ut patebit ex dicendis circa secundum dubium.

72. Expenduntur quaedam verba Petri Damiani.

Non tango hic, quod Petrus Damianus scripsit Cuneberto Episcopo Taurinensi lib. 4. Epist. 3. *Permittis, ut Ecclesia tua Clerici cuiuscumque sint Ordinis iure Matrimonii confunderentur uxoribus*. Et refert defensionem, qua se Clerici tuebantur: *Habemus auctoritatem Triburienfis Concilii, quae promotis ad Ecclesiasticum Ordinem, inveniendi coniugii tribuit facultatem*.

Verum ipse Petrus morem illum acriter improbat & reprehendit, tamquam pravam & impium, ac nequaquam licitum & reprobatur illud Concilium, eo quod decretis Romanorum Pontificum non concordet. Et sane inter alia Concilia apud Biniom non invenitur. Merito ergo illam auctoritatem omittimus, & progredimur ad secundum dubium; pro quo

73.

An Subdiaconatus ab initio habuerit annexam obligationem continentiae? Negant Valquez, Sautes & Azorius, ex c. 4. dist. 60.

Advertendum, Vasquezium hic disp. 248. cap. 3. & disp. 237. cap. 6. Suarium tom. 3. de Relig. lib. 9. cap. 16. & Azorium tom. 1. lib. 13. cap. 13. qu. 2. admittere, non fuisse ab initio Subdiaconatum huic obligationi, etiam in Ecclesia Latina, subjectum, eo quod Urb. 2. cap. Nullus in Episcopum. 4. dist. 60. solos Ordines Presbyteratus & Diaconatus, non autem Subdiaconatus dicit olim fuisse sacros.

Subjicio verba Pontificis: *Nullus in Episcopum eligatur, nisi in sacris Ordinibus religiose vivens fuerit inventus. Sacros autem Ordines dicimus Diaconatum & Presbyteratum. Hos siquidem solos (alias, sacros) primitiva legitur habuisse Ecclesia: Subdiaconos vero, quia & ipsi altaribus ministrant, opportunitate exigente concedimus, si tamen spectata sint religionis & scientiae. Quod ipsum non sine Romani*

Pontificis, vel Metropolitanis licentia fieri permittimus.

Quod utique Decretum Innoc. 3. cap. 4. multis, de Aetate & qualitate & Ord. praef. exprimat esse Urb. 1. ibi: *Siquidem Vob. Papa 1. decrevit, ut nullus in Episcopum &c.*

Sed ego illud decretum apud Biniom tom. 1. Conciliorum in Epist. decretali illius Pontificis non reperio. Hinc apud Ivonem & in Praenormia citatur ex Synodo Beneventana, quae tempore Vic. 3. cui Urbanus 2. successit, habita fuit. Nam Urb. 1. centum plus minus annis Nicenam Synodum antecessit. Ita lego in decreto Gratiani ante praefatum caput.

Sed neque in ista Synodo, ut refertur apud Biniom tom. 4. Concil. habetur. Interim ex his patet error apud Vasquezium primo loco supra citato, ubi sic scribit: *Innoc. 3. in cap. 4. multis, de Aetate & qualitate &c. expressit dicit Subdiaconatum ex sententia Urb. 2. in can. Nullus ad Episcopatum. 60. dist. in primitiva Ecclesia non fuisse Ordinem sacrum, hoc est, non habuisse annexum votum castitatis.*

In quibus paucis verbis duplex est error, nam pro Urb. 1. ponitur Urb. 2. inter quos multum temporis intercessit; nam primus fecit anno 226. secundus vero anno 1088. Deinde pro *Nullus in Episcopum*, ponitur *Nullus ad Episcopatum*.

Itaque auctor illius canonis incertus est. Certum autem, tempore Urb. 2. Subdiaconatum fuisse Ordinem sacrum, & habuisse annexam obligationem perpetuae continentiae, ut patet ex eod. cap. *A multis, ibi: Verum cum hodie Subdiaconatus inter sacros Ordines computetur, sicut Urb. 2. Papa sub his verbis expressit: Erubescant impii & intendant iudicio Spiritus sancti, eos qui in sacris Ordinibus Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu sunt positi, si casti non vixerint, excludendos a ministerio eorumdem graduum dignitate. Et iterum: Non ad sacrum Ordinem permittatur accedere nisi vir, aut probatae castitatis existat, & qui usque ad Subdiaconatum unicam & virginem habuerit uxorem. Et ad similitudinem Diaconi & Presbyteri, Subdiaconus debet continentiam observare, sicut eji in 6. Synodo constitutum, ut si quis eorum, qui ad Clerum accedunt nuptiali iure mulieris voluerit copulari, hoc ante Subdiaconatus Ordinem faciat. Et B. Gregorius, si quis deponatur, ut nullum facere Subdiaconum presumentem Episcopum, nisi qui se casti vitam praemisit. Ita Innocentius.*

Sed audiamus Vasquez supra, *Excommuniatus, inquit, idem Innocentius in eodem cap. tempore Nicolai 2. hunc Ordinem sacrum fuisse, hoc est, votum castitatis adiunctum habuisse. Ubi pro Urbano 2. ponitur Nicolaus 2. Fortè est error Typographi, vel amanuensis, alioquin satis crassus, cum non semel, sed sexies & pluries repetatur.*

Praeterea; quomodo creditibile est, Urb. 2. prohibuisse, ne Subdiaconus eligi posset in Episcopum, nisi utilitatis causa, & tunc etiam non

nisi de permissione Metropolitan, vel Romani Pontificis (ut ait Innoc. supra) cum tempore ejus foret Ordo sacer, & illa prohibitio facta sit ab Urbano, referente se ad statum primitivae Ecclesiae, in quo Subdiaconatus Ordo sacer minime dicebatur?

Sanè non aliam rationem habuit Innocentius, statuendi simpliciter, ut Subdiaconus in Episcopum valeat liberè eligi, sicut Diaconus vel Sacerdos, nisi hanc; quia hodie Subdiaconatus inter sacros Ordines computatur, ut patet manifestè ex illo capite ibi: *Verum cum hodie Subdiaconatus inter sacros Ordines computetur &c. Nos &c. statim, ut Subdiaconus in Episcopum valeat liberè eligi, sicut Diaconus vel Sacerdos.* Quapropter non credo can. Nullus in episcopum, esse Urb. 2. quiddam Vasquez & Alii dixerint.

Cujuscumque ergo sit, queritur; an hæc sit legitima Consequentiã: Subdiaconatus in primitiva Ecclesia non erat Ordo sacer; ergo non habuit annexam obligationem continentiae.

Affirmat Vasquez locis supra allegatis; & ideo docet, Subdiaconatum non habuisse in primitiva Ecclesia annexam obligationem continentiae. Atque pro hac sententia videtur stare Innoc. 3. dicto cap. A multis; quamvis enim expressè non asserat, ideo tempore Urb. 2. fuisse Subdiaconatum Ordinem sacrum; quia habuit annexam obligationem continentiae; tamen videtur id insinuare illis verbis Urb. *Erbescant impij &c.* in quibus Subdiaconatus vocatur Ordo sacer, & annectitur ei; aut potius significatur annexa obligatio continentiae.

Deinde; non apparet; ex quo alio capite Subdiaconatus hodie vocetur Ordo sacer, qui in primitiva Ecclesia non erat sacer. Neque enim hodie propinquus possunt ministrare altari, quam poterant in primitiva Ecclesia. Nec hodie aliter aut alia vasa sacra tangere, quam in primitiva Ecclesia; si ergo etiam in primitiva Ecclesia debebant castè vivere, sicut hodie debent; cur hodie dicitur Subdiaconatus Ordo sacer, qui in primitiva Ecclesia non dicebatur sacer?

Respondet Averſa q. 4. scilicet 5. §. Absolutè autem loquendo. Ideo olim Subdiaconatum non fuisse vocatum Ordinem sacrum, sicut vocabantur alii duo Ordines superiores; quia Subdiaconis non convenit tangere & ministrare corpus Domini in Eucharistia; tangere & ministrare sacra vasa; quando continent corpus & sanguinem Domini; sicut tamen id convenit non solum Sacerdotibus; sed etiam Diaconis: Ad di etiam potest; quia Subdiaconi non ordinantur per impositionem manuum, sicut Sacerdotes & Diaconi.

Postea verò ipsam quoque Subdiaconatum dictum esse Ordinem sacrum, non quia concessum ei sit, tangere & ministrare corpus & sanguinem Domini; aut quia confecti ceperit per impositionem manuum; sed quia nomen Or-

dinis sacri extensum & ampliaturum sit ad hunc etiam Ordinem; ob proximum ministerium quo ad altare deservit. Hæc ille.

Atenim; cum hodie non magis proximè ministret altari Subdiaconus; quam in Ecclesia primitiva; cur potius hodie extensum est hoc nomen Ordinis sacri, ob proximum ministerium; ad Subdiaconatum; quam fuerit extensum in primitiva Ecclesia? Expectabo responsum.

Ego certè aliud non video; nisi quia sic Ecclesia voluit. Et sanè; si voluit, ob proximum ministerium, hodie extendere nomen Ordinis S. ad Subdiaconatum; quamvis hoc ministerium ab initio fuerit ei annexum; etiam potuit idem velle; propter obligationem continentiae; quamvis ea ab initio Subdiaconatui fuisset annexa.

Apposuit Doctor Seraph. 4. dist. 24. p. 2. a. 2. q. 1. in corp. *Ratio*, inquit, *quare hoc sacramentum gradus habeat, est; quia ordinat ad dispensandam sacramentum dignissimum, & ministrandum in templo Dei. Ad ministerium autem illud concurrunt quadam officia digniora, & quadam minus digna. Quae etsi omnia requirunt ministros sanctos, illa tamen quae attenduntur circa altare, & circa portationem vasorum sacrorum, & circa oblationem sacrificii commendandam, potissimum requirunt ministros sanctos, secundum illud 1. a. 3. 2. Mundamini qui fertis vasa Domini, sanctitas autem vel sanctificatio potissime consistit in continentia: ideo sunt quidam Ordines, qui requirunt continentiam in ministris; quidam verò minime. Ideo rectè quidam Ordines sacri dicuntur; quidam non sacri, non ratione sui, sed ratione mysterii, ad quod requiritur sanctitas in ministro: & sic patet ratio hujus distinctionis Ordinum per sacros, & non sacros.*

Et ibidem ad 1. sic ait: *Ad illud ergo quod obijciunt, quod omnis Ordo est Sacramentum, dicendum; quod omnes Ordines sic sunt sacri, & rei sacra. Sed ab hac ratione non dicuntur Ordines sacri, sicut visum est; sed à consecratione ministri; & quia isti Ordines disponunt ad contrahendum & ministrandum vasa consecrata.*

Igitur, secundum D. Bonaventuram, aliqui Ordines dicuntur sacri, tum ratione obligationis continentiae; tum ratione proximi ministerii altaris. Si ergo à principio Subdiaconatus fuit annexa obligatio continentiae; & proximum ministerium altaris, nec tamen dicebatur Ordo sacer; cur dicemus procedente tempore fuisse extensum illud nomen ad Subdiaconatum; potius propter ministerium, quam propter continentiam? Non video rationem disparitatis.

Interim continentiam fuisse annexam ante Urb. 1. videtur probari ex antiquissimo canone Apostolorum, decreto Clementis ac Concil. Eliberitano seu Elibertino supra allegatis, & ex quibusdam aliis, in quibus licet non fiat expressa mentio Subdiaconorum, tamen Subdiaconi, secundum plerosque DD. comprehenduntur sub levitis seu Diaconis. Nec ullum apparet

80. Contra arguitur.

81. Ratio dicitur functionis Ordinum per sacros & non sacros, ex D. Bonav.

1. a. 3. 2.

1. a. 3. 2.

82. Probatum continentiam fuisse annexam Subdiaconatui ante Urb.

78. An bene sequatur, Subdiaconatus non erat Ordo sacer in primitiva Ecclesia; ergo non habebat annexam obligationem continentiae. Affirmat Vasquez. Probatur ex cap. A multis.

Confirmatur.

79. Quare hodie Subdiaconatus vocetur Ordo sacer ex Averſa.



paret vestigium, quo cæperit hæc obligatio extendi ad Subdiaconos, vel ubi primum pro illis hæc lex lata fuerit.

83. Dices: cap. *Ante triennium*. 1. dist. 31. hæc leguntur: *Ante triennium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Sicilie prohibiti fuerant, ut more Romana Ecclesia nullatenus suis uxoribus miscerentur. Quod mihi durum atque incomprehensum videtur, ut qui usum eiusdem continentia non inuenit, neque castitatem ante promissi, compellatur à sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) deterius cadat. Unde videtur mihi, ut à presenti die Episcopis omnibus dicatur, ut nullum Subdiaconum facere presumant, nisi qui se vitium castitatis promiserit, quatenus præterita mala, quæ per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura cautè caveantur. Ita Greg. lib. 1. Epist. 42.*

Solvitur. Respondeo; hoc testimonium solum convincere, fuisse aliquando in Sicilia licitum Subdiaconis uti conjugio, idque quia priùs Sicilia cum Græca & Orientali Ecclesia computabatur; postea tamen ad Latinam & Occidentalem reducta fuit, utpote in medio & confinio utriusque sita. Unde ex illo testimonio convincitur, tunc temporis in Ecclesia Romana illicitum fuisse Subdiaconis uti conjugio, adeoque ex tunc fuisse annexam obligationem perpetuam continentia, ut patet ex istis verbis: *Ut more Romana Ecclesia nullatenus suis uxoribus uterentur.*

Itaque qui mordicus sustineret, à principio in Ecclesia Latina, non minus Subdiaconatui, quam Diaconatui, aut Sacerdotio, fuisse annexam obligationem perpetuam continentia, non video, quo argumento posset efficaciter redargui; nisi quod non appareat ulla ratio, quare à principio non fuerit appellatus Ordo sacer, sicuti modò vocatur, præter liberam voluntatem Ecclesie.

84. Sed dicet aliquis; esto omnibus Ordinibus majoribus fuerit à principio Ecclesie annexa perpetua obligatio continentia, quæ adhuc hodie perseverat in Ecclesia Latina, putas, quia piè & convenienter fuerit annexa? Quidni putem? Et ideo pono sequentem Conclusionem.

#### CONCLUSIO IV.

Piè & convenienter sacris Ordinibus annexa fuit obligatio continentia.

85. Hæc nobis concertatio cum hæreticis tantum antiquis, quam recentioribus, qui institutionem continentia clericalis explodunt & improbant, atque non piam & convenientem, sed noxiam & perniciosam existimant. Hujus erroris (inquit Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 19.) Aliqui Auctorem faciunt Nicolaum,

unum ex septem primis Diaconis: sed quid quid de hoc sit, constat, Vigilantium hunc errorem expressè docuisse, de quo sic B. Hieronymus initio lib. contra Vigilantium: *Pro nefas (inquit) Episcopos sui secleris dicitur habere consortes, si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli calibet credentes pudicissimam.*

Hunc errorem receperunt Patres Concilii Trullani circa annum Domini 700. ut patet ex can. 13. ubi profana illa Synodus damnavit nominatim canones Romanæ Ecclesie, & conciliarium statuit, nimirum ut Clerici ante Subdiaconatum uxores ducant, & cum eis vivant postea in factis Ordinibus constituti. Tempore hujus Synodi cæpit mos Græcorum, qui tunc est. Auctus autem est & confirmatus tempore Leonis 9. quando diffidit Græcorum à Latinis maximè crevit in multis aliis articulis. Unde extat liber Humberti Card. eo tempore scriptus de hac re, contra Nicetam Abbatem, qui hunc errorem Græcorum tunc æternè defendebat. Hucusque præfatus Auctor.

Sed, pace ejus, Patres Concilii Trullani can. 13. hunc errorem nullatenus receperunt, sed solum statuerunt, ut ordinati Diaconi & Presbyteri, licite possent copulari suis uxoribus, secus Episcopi, ut habetur can. 11. Prohibuerunt autem, etiam Presbyteri, & Diaconis, copulari tempore oblationis; nec non per Ordinationem matrimonium contrahere. Per hæc omnia ex Conclus. præcedenti.

Perpetuam ergo imponitur PP. illius Concilii, quod præceperint nullos ordinari Diaconos, nisi prius uxores duxissent, nulli calibet credentes pudicitiam. Sed hunc errorem Græci tempore Leonis Papæ 9. receperunt, & contra illum errorem, non autem contra statuta Concilii 6. Synodi (quod adhuc in vigore est) Græcos Catholicos, consentiente Pontificatus Humberti Cardinalis.

Audite doctrinam Nicetæ: *Tu (inquit Humbertus in sua responsione §. Sufficere autem quibus tom. 2. Concil.) Ecclesiam Dei vultis effici? naggam sathana, & prostibulum Balaam & Israhel cum Nicolao dicit; Episcopum, & Presbyterum, & Diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari; quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ. Nec licet eos post matrimonium impositionem in nuptos esse, nec inde ad nuptias ire, aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere eis, quas habent, cum ad Ordinationem venerunt. O abominabile Cynus, quomodo non erubuit tantum nefas eromere? Ergo non licet aliquem post matrimonium sine uxore esse?*

Ecce error Græcorum modernorum, contra quem scribit Humbertus, qui in sua responsione non meminit Concilii Trullani, quamvis Nicetæ ex eo suum errorem conatus fuisset probare; idque quia ex ipsis aperitissimis verbis

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 4. 681

fatū constat legenti, hunc errorem Concilium istud nuppiam docuisse.

Quid docet cuncti P.P. Conc. Trull.  
Verum quidem est, Patres Conc. Trullani minū laudasse morem Ecclesie Romanæ, id est, abstinentiam ab usu conjugali; & suum morem, id est, usum conjugalem, plus quàm oportet laudasse, & commendasse ex Scripturis; interim nuppiam docuerunt errorem Nicolai, aut Vigilantii, vel Niceræ. Multò minū aliorum Hæreticorum, qui docent, licitum esse, etiā post Ordinationem uxorem ducere.

88. Porro hujus erroris fundamenta quædam jecit Jovinianus ( contra quem ex professo scripsit D. Hieron. ) qui docuit, virginitatem non præferre matrimonio: ex quo consequens videbatur, frustra Sacerdotes velle carere uxoribus. Unde etiam quædam Sanctimonialia, Joviniano audito, nupserunt, ut S. August. refert lib. de Hæres. c. 82. Hæc tamen hæresis mox extincta fuit, nec usque ad deceptionem aliqujus Sacerdotis pervenit, ut ibidem ait D. Augustin.

Ejus verba exscribo: Virginitatem sanctimonialium & continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus celibem vitam conjugiorum castorum atque fidelium meritis adæquabat ( Jovinianus ) ut ut quædam virgines sacre, provecæ iam ætatis in Vrbe Roma, ubi hæc docebat, eo audito nuppiisse dicuntur... Cito tamen ista hæresis oppressa & extincta est, nec usque ad deceptionem aliquorum Sacerdotum potuit pervenire.

89. Et utinam oppressa & extincta mansisset! Sed, pro dolor, revixit, & usque ad deceptionem plurimorum Sacerdotum pervenit. Revixit autem primū per Wicleffum, qui lib. de Offic. Pastoralis cap. 29. ( ut testatur Thomas Waldensis tom. 2. de Sacramentis cap. 128. ) sic ait: Quomodo versi sunt Clerici ab altibus cali in colubros; & a discipulis Christi in Pharisæos colantes cultem, & glutientes camelum! Nam coniugium, secundū legem Christi eis licitum, odiunt ut venenum.

Et lib. 3. de Serm. Domini in monte c. 11. Nec diabolus defraudat solum simplices per hos Fratres, sed per scilias alias infundabiliter introductas: ut Monachi & Canonici cum Clero casareo auferunt primò secularia dominia, quæ haberent domini temporales: & sic ex petulantia spolando visitant feminas viduatas: cum stante Christi ordinantiâ forent mariti plurimi coniugati, qui iam sunt ad claustrum infundabiles religionis trahiti. Ut Tarstes, & sic corporalem fornicationem immiscet sapius ut priores. Sic ergo plena est Ecclesia fornicationibus & pravitationibus istarum scætarum quatuor Sacerdotum. Et ratio omnium istorum malorum stat in isto, quod spernitur Christi ordinantiâ: & statur ordinationi subdoli Antichristi. Similia de eodem refert Waldensis tom. 3. de Sacramentalibus c. 66.

Wicleffum secuti sunt Lutherus in lib. de abneganda Missa privata, Pomeranus in lib. de conjugio Episcoporum, Magdeburgenses in

Centuriis & nominatim Centuriis 11. cap. 7. col. 389. ubi dicunt hanc esse hæresim maximè pestiferam omnium, quæ unquam Christianum regnum perturbavit. Item Beza & Martyr in 1. ad Cor. 7. Philippus Melanchthon in Confessione Augustana art. 23. & in Apologia ejusdem Art. Calvinus lib. 4. Instit. cap. 12. §. 23. ubi ait: Certè quoddam sacerdotibus interdictum fuit coniugium, id factum est impiâ tyrannide, non modò contra verbum Dei, sed etiam contra omnem æquitatem.

Præterea; Erasmus in Declaratione de laudibus Matrimonii, utile esse judicat, si Sacerdotibus jus conjugii concedatur. Et idem sensisse videtur Panormitanus, Catholicus aliqui & doctus Auctor, in cap. Cum olim, de Clericis conjugatis, ubi ad hanc quæstionem: Nunquid hodie Ecclesia possit statuerè, quòd Clericus possit contrahere matrimonium, sicut Græci? Respondet: Credo quòd sic, & hoc indubitatum est apud me, respectu eorum qui non sunt obligati ex voto tacito vel expresso.

Probat autem hæc ratio: Continentia non est in Clericis secularibus de substantia Ordinis; nec de jure divino; quia aliàs Græci peccarent; nec excusaret eos consuetudo, quia illa non valet contra legem divinam, ut in cap. fin. de Consuetudine... Et non solum credo potestatem inesse Ecclesie hoc condendi, sed credo probò & salute animarum, quòd esset salubrè statutum, ut volentes continere, & magis mereri, relinquere voluntati eorum; non valentes autem continere, possint contrahere; quòd experientiâ docente; contrarius proflus effectus sequitur ex illa lege continentie; cum hodie non vivant spiritualiter, nec sint mundi; sed maculantur illicito coitu, cum eorum gravissimo peccato, ubi cum propria uxore esset castitas, ut dicto cap. Nicæna. Unde deberet Ecclesia facere, sicut bonus medicus, ut si medicina, experientiâ docente; potius officit, quàm proficit, eam tollat.

Et utinam idem esset in omnibus constitutionibus positivis, ut saltem obligarent quoad pœnam; & non quoad culpam: nam ita creverunt statuta positiva, ut vix reperiantur aliqui, qui non corruperint viam suam. Circa ordinatos verò potest dici, quòd in casu quo tenetur ordinatus ex voto expresso, vel tacito, Papa non potest dispensare; nisi ex maxima & urgenti causa, quia votum est de jure divino &c. Hactenus Panormitanus.

Parùm utique prudenter & cautè, immo & minù verè; nam nec Græci post Ordinationem contrahere possunt matrimonium, ut patet ex dictis, cujus contrarium videtur ibi supponere.

Si ergo tam in Ecclesia Græca, quàm Latina saluberrimè statutum est, ne initiati majoribus Ordinibus contrahant matrimonium, tamen si fortè aliqui eorum gravissimè peccent, maculando

Pomeranus, Magdeburgenses, Beza, Melanchthon, & Calvinus.

Erasmus judicat utile, si Sacerdotibus concedatur matrimonium. Idemque sensisse videtur Panormitanus.

91. Probatur ratione.

92. Reprobatur doctrina Panormitani.

R r r r l a n d o

90. Wicleffum secuti sunt Lutherus

lando se illicito coitu; cur minus salubre erit statutum Ecclesie Latinæ, quo prohibet aliquem conjugatum ordinari, nisi prius promittat continentiam seu abstinentiam à copula conjugali post Ordinationem, estd aliqui ex illis graviter maculentur illicito coitu?

Quòd si hoc salubriter possit Ecclesia statuere, cur non etiam absolute præcipere, ut omnes, qui ordinantur, perpetuum servant continentiam, etiam jam conjugati; dummodo voluntariè & de consensu conjugis id fiat? Quod addo; quia Ecclesia neminem invitum cogit ad assumendum Ordines sacros, per consequens ad servandam continentiam; immo si id fieret, fortè non sequeretur obligatio, ut infrà suo loco videbimus.

93.  
Probat ut  
veritas  
Concl.

Igitur ad veritatem Conclusionis nostræ omnibus Catholicis sufficere debet ipsum factum, quo lex continentie à principio Ecclesie, ut vidimus, instituta fuit, & in Ecclesia Latina seu Romana, quæ est Magistra Fidei, & columna veritatis, semper viguit.

Nec enim est credibile, quòd Spiritus sanctus, cujus providentiâ regitur, tanto tempore permisisset illam legem, nisi esset pia & convenientis; immo magis pia & convenientis, quàm libertas contrahendi nuptias, aut contractis prius nuptiis utendi.

94.  
Ostenditur  
convenientia  
Legis  
Ecclesiasticæ,  
ex ex Divo  
Augustino.

Quam utique majorem convenientiam ostendit D. August. (vel quisquis est Auctor) lib. de qq. novi & veteris Testamenti cap. ult. hisce verbis: *Cum Corinthi exagitarentur ab Hæreticis, qui in hypocritis nuptias damnandas docebant, consulerunt Apostolum literis, an liceret nubere, aut uxorem remittere. Tunc præcipit Apostolus, non debere uxorem à viro recedere. &c. Sed fortè dicatur, si licet & bonum est nubere, cur Sacerdotibus non licet uxores habere, id est, ut ordinatis jam non liceat convenire?*

*Quis nesciat unumquodque suam legem habere? est enim quod omnino generaliter omnibus non liceat: est item quod aliis licet, & aliis non licet: & est quod aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari: factò jam non licet. Et Christiano cum uxore sua convenire aliquando licet, aliquando verò non licet. Propter dies enim processionsis aliquando non licet convenire, quia etiam à licitis abstinenturum est, ut faciliùs impetrari possit, quod postulatur. Unde Apostolus ex consensu ait (1. Corint. 7.) abstinenturum ad tempus, ut vacetur orationi. Nam secundum legem in jejunio cadi & iurgari non licet, postea licet, quia maior reverentia debetur Dei causis. Nunquid omne quod ante ceteros licet, ante Imperatorem licet? Quanto magis in Dei causis.*

*Ac per hoc Antistitem eius puriorem ceteris esse oportet, ipsius enim personam habere videtur: est enim Vicarius eius, ut quod ceteris licet, illi non liceat: quia necesse habet quotidie Christi vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre aut tingere. Et non solum huc concubitus non licet, verum etiam ministro eius, quia ipse mundior debet esse, quia sancta sunt, qua*

*ministrat. Nam sicut ad comparationem lucerne, tenebra non tantum obscuræ, sed etiam solidæ sunt; ad comparationem autem stellarum lucerna caligat, ad solis verò comparationem stelle nebulae sunt, ad Dei autem claritatem sol nox est. Ita & quæ ad nos licita & munda sunt, ad Dei autem dignitatem quasi illicita & immunda sunt: quamquam enim bona sint, Dei tamen persona non competunt.*

*Nunquid non tumca medicis hominis, quamvis munda, Imperatori tamen solidæ & tuta est? Similiter & saxonica Senatori? At per hoc Antistitem Dei puriores esse debent, quam ceteri, quia & Christi habent personam & ministros Dei mandantes esse oportet. Nemo enim Imperatori ministrat, nisi vestimentis claris & mundis indutus: Deus autem quæ nati clarissimus est, ministros eius naturæ magis, quam vestibus mundos esse oportet. Hæreticus præterea Auctor. Quæ diffusius retuli; qui ex ipso lib. vi facillè possunt omnia argumenta Hæreticorum. Rogas quæ illa?*

*Primum (inquit Calvinus supra) verum, quòd Dominus liberum reliquit, nulli ratione hominibus licuit. Deinde nominem Deum cavisse verbo suo, ne hæc libertas videretur, clarior est, quàm ut longè demonstratione uti necesse sit. Omitto, quòd Paulus pluribus locis Episcopum vult esse totius ecclesie virum. Sed quid potuit vehementius dici, quàm ubi ex Spiritu sancto denunciat fore noxissimos temporibus homines impios, qui conjugium prohibeant, eosque non modò improstores nuncupat, sed dæmones. Hoc igitur vincinium, hoc sacrum oraculum est Spiritus sancti, qui Ecclesiam ab initio præmunire ad omnia pericula voluit, doctrinam demoniorum & conjugii prohibitionem.*

*Verum bellè se elaplos esse putant, qui hanc sententiam detorquent ad Montanos, Tatianos, Encratitas, aliosque veteres Hæreticos. Illi (inquit) soli matrimonium damnarunt; nos minimè damnamus, sed Ecclesiasticum Ordinem tantum ab eo arcemus: ut putamus non satis convenire. Quali verò etiam in illis superioribus completum sit periculum hoc vaticinium, non in istos etiam accipiet, aut quasi auditu digna sit puerula illa argutiola, quod prohibere se negat, qui non omnibus prohibent. Perinde enim est ac Tyrannus iniquam non esse legem contendit, cuius iniquitate pars dumtaxat civitatis premitur. Hæc ille Hæresarcha, pro suo, & aliorum predecessorum errore.*

*Sed præstigiæ sunt, per quas impertitis tentur illudere, ut jamjam ostendo; & incipientes ab ultimo, dico; quòd Ecclesia non negat se prohibere matrimonium, sed negat se prohibere matrimonium, quia ex se malum sit; proinde docebant illi Hæretici, teste Epiphano contra Hæreses to. 1. lib. 2. Hæres. 47. ubi de Encratitis ait: *Nuptias palam dubitè esse damnant.**

Et hæresi 48. contra Phrygastas sive Monachos aut Tascodrugitas ita scribit idem Au- thor: Paulus sanctissimus Apostolus propheta dicit: Spiritus autem expressit dicit, In extremis diebus instabunt tempora difficilia &c. Et rursus alibi: Discedens quidam à sana doctrina, additi seductoris & doctrinis demonum, prohibentium matrimonium contrahere, jubentium abstinere à cibis, quos Deus creavit in usum nostrum cum gratiarum actione. Quare palam ex propositis impletum est hoc ipsum in nobis, & similibus nobis.

Pleræq; enim harum sectarum, matrimonium contrahere prohibent, & à cibis abstinere præcipiunt: non honesta vita gratia exhortantes, non majoris virtutis gratia, & premium ac coronarum, sed abominabilia ea, quæ à Deo facta sunt, putantes.

At vero sancta Ecclesia & virginitatem glorificat, & solitudinem, ac castratam, & virginitatem laudat, & nuptias pudicas honorat & suscipit: scortationem vero & adulterium ac perulantiã interdicat. Unde videre est sancta Catholica Ecclesia charactere, & adulteros aliorum mores; quò probata sequentes ab omni errore & obliqua atque acclivi calle refugiamus.

Illi ergo hæretici damnarunt matrimonium, eã damnatione, de qua loquitur Apostolus; minime autem Ecclesia, dum ob reverentiam statũs, prohibet matrimonium Sacerdotibus, & aliis initiatis majoribus Ordinibus.

Bellè autem dixit Calvinus: Omitto, quod Paulus pluribus locis Episcopum vult esse unius uxoris virum; quippe loca ista nihil faciunt ad propositum; siquidem, ut patet ex antedictis, solum Apostolus prohibet, ne ordinentur Episcopi, qui secundam habuerint uxorem, non autem præcipit, ut unam uxorem habeant; prout intellexit illa verba ante Calvinum Wicleff. de Offic. pastoralis cap. 4. dicens: Tales Prelati non considerantes spumas voluptuosæ libidinis, quomodo officit anima sapiens plus, quàm opus, non attendunt ad illud verbum Apostoli 1. ad Timot. 3. Oportet Episcopum esse unius uxoris virum; hoc est dicere: oportet ipsum dum carnalis fuerit, cum una uxore vivere continenter, & non in spiritali, vel corporali luxuria magis prohibitis latere absconditè contra Christum. Hæc ille.

Respondet autem Waldensis tom. 2. de Sacramentis cap. 129. Quid dicam ad hæreticum sic pervertentem Apostolum, nisi quod ut satis erret, sævos transcendit hæreticos? Iovinianus enim erubescit sic dicere. Unde lib. 1. cap. 21. contra Iovinianum Hieronymus: Ipsa, inquit, Episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit: Eligatur Episcopus, qui unam ducat uxorem, & filios faciat; sed, qui unam habuerit uxorem, & filios in omni subditis disciplina. Certe confiteor non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat: aliquis si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Aut permittit sacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem sint

virgines, quot mariti: aut si Sacerdotibus uxores non licet tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Ita Hieronymus.

Et in lib. Annotationum super hoc loco de Diaconibus hæc scribit idem Doctor Ecclesiæ: Diaconi sunt unius uxoris viri, non ut si non habuerint, ducant; sed ne duas habuerint. Si enim dignorem facit uxor, cur non magis bigami, aut trigami ordinentur?

Consimiliter intelligit hunc locum Apostoli Ambr. in expositione illius Epistolæ ibi: Oportet etiam istos unius uxoris viros esse debere, ut ad ministerium Dei eligantur, qui non sunt egressi constitutum Dei. Homini enim unam uxorem decrevit Deus; cum qua Deus benedicitur. Nemo enim cum secunda benedicitur. Qui si filios bene gubernaverit, & domus suæ, id est, vernaculos aut domesticos; potest digni fieri Sacerdotio, & fiduciam habere apud Deum, ut fiant se posse impetrare quod postulant, jam de cetero se ab usu femina continentem.

Et infra: Hæc, inquit, signa sunt dignitatis Episcopalis; si quis autem posteriora sectatur, & corpus & animam suam Deo dicaverit, ne se copulet matrimonio, tanto dignior fiet. Ideo enim inferiorem posuit, ut de posteriori nemo dubitaret.

Atque de hac eadem re extant quoque antiqui Apostolorum canones, nempe decimus septimus: Si quis post baptismum secundus fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam haberit, non potest esse Episcopus, non Presbyter, non Diaconus, aut priorus ex numero eorum, qui ministerio sacro deserviunt.

Et decimus octavus: Si quis viduam aut repudiatam acceperit, aut meretricem, aut ancillam vel aliquam de his, quæ publicis spectaculis mancipantur, nullo Ordine sacro mirtetur.

Sed quid ad hæc Calvinus? Hanc, inquit, interpretationem non esse novam concedo: sed falsam esse, ex ipso contextu palam est; quia statim præcipit, quales Episcoporum & Diaconorum uxores esse oporteat. Hæc ille.

Planè describit, uti etiam describit canones jam citati, ut Ecclesia sciat, quos viros conjugatos oporteat ordinare; non autem ut jam ordinati tales uxores accipiant, aut jam habitis post Ordinationem copulentur.

Hinc Leo Papa 1. Epist. 87. apud Binium to. 1. Concil. c. 1. Dicente enim Apostolo, ut inter alias electionis regulas, si Episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum fuisse aut esse constitit, tam facta semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere Sacerdotis eligendi, eadem intelligeretur servanda conditio, ne forte illa priusquam in matrimonium ejus veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri ex-perta esset conjugium.

Hoc testimonium pro se adducit Petrus Martyr, nam loco ly Eligendi, legit, Eligenda hoc modo: Ut etiam de muliere Sacerdotis eligenda, ex quo infert, Episcopos posse contrahere matrimonium.

Sed esse manifestum mendum, patet ex Epist. 84. apud Binium supra ejusdem Pontificis, ubi

99. Verus intellectus istius scripturæ ex cod. 5. Doctore.

& Ambr. bio.

100. Item ex can. 7. & 8. Apoll.

101. Responsio Calvin.

Refectio

102. Testimonium Leo- nis Papæ ad confirmandam doctrinam Catholicam.

quod perpetuam pro se adducit Petrus Martyr.

103. ut ostendat.

97. Calvinus male intellexit illa verba Apostoli Oportet Episcopum esse &c.

& ante ipsum Wicleff.

98. ut ostendat Waldensis ex Hieronymo.

ex alio testimonio ejuldem Pontif.

ubi cap. 3. sic ait: In civitatibus, quarum Rectores obierint, de substituendis Episcopis hac forma servetur, ut is, qui ordinandus est, etiamsi bona vita testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secunde conjugatus sit maritus, aut qui unam quidem habeat vel habuerit, sed quam sibi viduam copulavit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hoc, quae in aliis Ecclesia membris non vocantur ad culpam ( alia vacante a culpa ) in illis tamen habeantur illicita.

Nam ( prosequitur cap. 4. ) cum extra Clericorum Ordinem constitutus, nuptiarum societati & procreationi filiorum studere sit liberum; ad exhibendam tamen perfecta continentia puritatem, nec Subdiaconis carnale quidem comubium conceditur, ut & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent permanent singulares. Quod si in hoc Ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri: Quanto magis in primo aut secundo, tertioque, servandum est, ne aut Levitico ministerio, aut Presbyterali honori, aut Episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se a voluptate uxoria necdum fransse detegitur. Quid vehementius & evidentius dici poterat?

104. Resp. ad 1. arg. Galvini.

Sed progrediamur ad primum argumentum Calvini; ex quo manifeste sequitur, nihil posse praecipui per legem humanam, quod Deus liberum reliquit, sive quod Deus non praecipit; hoc autem quam absurdum sit nemo non videt, qui habet oculos apertos ad videndum.

2. Cor. 7.

Fatemur itaque, Deum liberum reliquisse matrimonium, juxta illud Apostoli 1. ad Cor. 7. v. 25. & sequent. De virginibus autem praecipit Dominus non habere: consilium autem do tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli querere solutionem. Solutus es ab uxore? noli querere uxorem. Si autem acceperis uxorem non peccasti. Et si nupsit virgo non peccavit. Et infra v. 38. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, & qui non jungit melius facit.

105. Deus reliquit matrimonium liberum.

Deus, inquam, liberum reliquit matrimonium, & per consequens tribuit omnibus jus naturale, id est, dedit licentiam seu facultatem illud contrahendi, sic tamen, ut etiam cuilibet dederit licentiam seu facultatem illud non contrahendi, nisi in casu, quo genus humanum deficeret, id est, quo matrimonium omnino foret necessarium ad propagationem & conservationem generis humani, uti erat tempore Adami & Evae, item tempore Noe post diluivium, ut propterea dictum fuerit Adamo & Evae Gen. 1. v. 28. Itemque Noe & filiis ejus Gen. 9. v. 1. Crescite & multiplicamini & replete terram.

Quos concernat praecipuum matrimonii.

Quibus verbis non contineri praecipuum quoad omnes & singulos in particulari, patet ex ipso Christo, ac purissima Matre ejus, innumerisque sanctissimis viris ac feminis, qui perpetuam virginitatem servarunt. Vel ergo solum continetur concessio sive naturae institutio quoad omnes & singulos, ut possint liberos

procreare, vel praecipuum latum ad ipsos primos parentes, qui idcirco creati erant a Deo, ut filiorum generatione mundum replerent, itemque ad Noe & filios ejus, qui ad eundem finem conservari erant ab aquis diluivii, ut scilicet patet ex illis ultimis verbis: Et replete terram. Quidni etiam intelligi possit praecipuum latum ad omnes, sive ad communitatem hominum, non autem ad singulos in particulari, nisi in defectum aliorum?

Quamvis autem juri naturali, aut divino praecipivo, nullae lege humana, etiam Ecclesiastica, derogari possit, vel saltem per modum conditionis requiritur ad aliquem contractum aut alium actum humanum; v. g. non potest Ecclesia ab eo, qui vult ordinari, exigere conditionem, ut fornicaretur, aut ulatam acciperet, aut ut conferret Sacramenta in alia materia vel forma, quam a Christo sunt instituta; ipsidem juri naturali & divino permissionis, & facultatis aliquid agendi, vel omittendi non videtur, quare non possit prudenter derogari, non solum per jus Ecclesiasticum, sed etiam per civile, non solum per modum conditionis requiritur ad contractum, sed etiam absolute.

Putas; quia jus civile, per se loquendo, non posset aliquas personas reddere inhabiles ad contrahendum matrimonium, quae aliis per naturam possent valide & licite contrahere? Cuius hoc minus quam invalidare testamenta, & alios contractus, celebratos sine certis solemnitatibus, qui alioquin jure naturali permissivo videntur? Eadem ratione iustus de causis Ecclesiae prohibuit absolute, & Republica civilis potest prohibere, ut certis temporibus non veniantur quibusvis cibis, neque quavis hora; cum tamen jure naturali facultatem habeamus quovis cibis quavis hora comedendi.

Cuius ergo similiter Ecclesia non potest accipere, ut persona Ecclesiastica non contrahat matrimonia, neque prius contractus contrahatur; & ita derogare facultati & permissioni, quam jure naturali habebant? Praesertim cum id tantum factum sit sub conditione, videlicet, si quis velit libere Ordinem suscipere, uxorem, si quam habet, etiam libere consentiente. Non enim consentaneum erat, ut sine proprio consensu haec facultas vel contrahendi matrimonium, vel jam contracto utendi tolleretur, & majora mala inde orirentur. Valde autem consentaneum fuit, ut id fieret sub tali conditione.

Si namque Apostolus 1. Cor. 7. admonet & hortatur laicos conjugatos interdum ad tempus abstinere, ut puritas ac devotio possint orationi vacare, dicens v. 5. Nalae fraudate invicem ( debito conjugali ) nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: quanto magis conveniebat sacros ministros, quorum vita divinitus obsequiis mancipata est, semper ab ulu conjugii abstinere ex consensu, ut pugnaret orationi vacare?

Notat

2. Reg. 21. Nonne Abimelech Sacerdos 1. Reg. 21. in Davide & comitibus mundiciam à mulieribus, etiam uxori, requisivit, dicens v. 4. *Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus?* ut illis concederet comedendos panes propositionis, etiam in magna necessitate?

109. Et sanè Sacerdotes veteris Legis, aliiq; Levitæ, quàmvis essent conjugati, & generarent filios, eò quòd Sacerdos ex stirpe Aaron omnino debet substitui; tamen tempore vicis suæ, id est, illis diebus, quibus, pro certa distributione ministerii, ad singulos spectabat divino cultui inservire, & sacrificia atque oblationes peragere, ab uxori bus abstinebant; & in adibus templi, remoti ab earum contubernio habitabant.

Audiamus Bedam in Comment. sup. Luc. libr. 1. cap. 2. ad illa verba: *Et factum est, ut impleri sunt dies officii eius, adiu (Zacharias) in domum suam.* Hoc est, inquit, quod dixi: quia vicis sua tempore Pontificis, templi tantum officio mancipari, non solum à complexu uxorum: sed ab ipso quoque domorum suarum abstinerent ingressu. Vbi nostri temporis Sacerdotibus, quibus semper altari servire iubetur, perpetuo servanda castitatis exemplum datur. Quia enim tunc Sacerdotalis ex stirpe aaron successio quærebatur, necessarium tempus substituen-de soboli procurabatur. At quia nunc non carnalis successio, sed perfectio spiritualis inquiritur, consequenter Sacerdotibus, ut semper altari queant assistere, semper ab uxori bus continendum, semper castitas observanda præcipitur. Hæc ille.

110. Approbat autem Bedam Ambrosiaster in expositione illius loci 1. ad Timot. 3. Diaconi sunt unus uxoris viri &c. ibi: Veteribus idcirco concessum est Levitis aut Sacerdotibus uxores ad usum habere; quia multum tempus otio vacabant à ministerio aut Sacerdotio. Multitudo enim erat Sacerdotum & magna copia Levitarum, & unusquisque certo tempore serviebat divinis ceremoniis secundum institutum David. Hic enim 24. classes constituit Sacerdotum, ut vicibus deservirent. Unde Abia octavam classis habuit, cuius vice Zacharias fungebatur Sacerdotio: sicut continetur in Paralipomenon: ita ut tempus, quo non contingebat deservire altari, domorum suarum agerent curam. At ubi tempus imminerebat ministerii, purificati aliquantis diebus, accedebant ad templum offerre Deo. Nunc autem septem Diaconos esse oportet, aliquantos Presbyteros, ut bini sint per Ecclesias, & unus in civitate Episcopus. Ac per hoc omnes à conventu feminæ abstinere debent: quia necesse est eos quotidie præsto esse in Ecclesia: nec habere dilationem, ut post conventum legitime purificentur. Omnis enim hebdomada offerendum est: etiamsi non quotidie peregrinatis; Incolis tamen vel bis in hebdomada: etsi non desint, qui serè quotidie baptizentur egri. Nam veteribus ideo concessum est: quia multo tempore in templo non videbantur, sed erant privati. Si enim plebis hominibus orationis causâ ad tempus abstinere se præcipit, ut vacent rationi, quantum magis Levitis aut Sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet orare? Munditior ergo debent esse ceteris,

quia actores Dei sunt. Hucusque præfatus Auctor.

Et fortè hæc fuit ratio, quare Græcis præ Latinis sit relaxata lex continentia; quoniam latini Sacerdotes & ministri multò frequentius ad altare assistunt & Sacrificium offerunt, cum alioqui apud Græcos longè rariùs, & non nisi una missa in singulis oppidis in diebus ordinariis celebraretur, ut communiter refertur. Et quoniam eorum Episcopi dicuntur convenire frequentius tam ad celebrandâ mysteria, quam ad Baptizandum Gentes, ideo fortassis & ipsis manet prohibitus usus conjugii antea contracti, ut supra vidimus.

Itaque si Sacerdotibus veteris legis justè præcepta fuit continentia ab uxori bus tempore vicis suæ, quantum magis præcipi potuit perpetua continentia Sacerdotibus & ministris altaris in lege Evangelica, qui proximè, non ad Sacrificia veteris legis, quæ tantum erant umbræ & figuræ; sed ad ipsum sacrosanctum Eucharistiæ Sacrificium & Sacramentum consecrati sunt, & quasi quotidie ei interviunt? Planè conveniens erat, ut quotidie non solum mentes, sed & manus puras pro contrahendo purissimo mysterio conservarent.

Hoc argumentum sensit Calvinus supra, & ideo conatur ei illudere dicens: Quasi verò eadem sit Evangelici ministerii persona, quæ fuit Sacerdotii Levitici. Illi enim tamquam *avtrozoi* Christum representabant, qui mediator Dei & hominum; absolutissimâ suâ puritate reconciliaturus Patrem nobis erat. Quam verò omni ex parte exhibere peccatores typum sanctitatis ejus non possent, quibusdam tamen lineamentis ut adumbrarent; iusti sunt ultra humanum modum se purificare, dum ad Sanctuarium accederent; quia tunc scilicet propriè Christum figurabant, qui veluti pacificatores ad reconciliandum Deo populum apparebant ad Tabernaculum celestis tribunalis simulachrum. Hanc personam, quia hodie non sustinent Ecclesiastici Pastores, frustra cum illis comparantur.

Quare Apostulus Hebr. 13. v. 4. citra exceptionem securè pronunciat, honorabile esse inter omnes conjugium; scortatores autem & adulteros manere Dei iudicium. Et ipsi Apostoli suo exemplo comprobant, nullius quamlibet excellentis functionis sanctitate indignum esse conjugium. Nam eos non tantum uxores retinuisse, sed secum etiam circumduxisse testis est Paulus. Hæc ille.

Sed splendide mentitur; si intelligat Apostolos habuisse uxores, & eas circumduxisse ad usum conjugalem, ut patet ex supra dictis. Igitur Ecclesia non iudicat, conjugium indignum esse functionibus sacris, alioquin nunquam ordinaret conjugatos, quod constat esse falsum; sed usum conjugalem; unde constat esse falsum; illud usum prohibet; & quia matrimonium ex se ad illum usum ordinatur, ideo

R r r 3 pro-

111. Quare Græcis præ Latinis sit relaxata lex continentia.

112. Resp. Ceteri viri ad hoc argumentum.

113. Rejicitur.

prohibet, post Ordinationem matrimonium contrahere.

Explicatur locus Apost. ad Hebr. 3. Honorabile &c.

Nihilominus verissimè dixit Apostolus: Honorabile connubium in omnibus & thoris immaculatus; id est, in omnibus, qui legitimum connubium contraxerunt. Alioquin dicamus etiam inter patrem & filiam, matrem & filium, fratrem & fororem &c. connubium esse honorabile & thoris immaculatum; quod nec ipse Calvinus, aut ejus sequaces auderent asserere.

Ergo licet Apostolus expressè nullam exceptionem faciat, equidem aliqua subintelligenda est; nulla quippe, ut communiter dicitur, regula tam generalis, quin patiatur aliquam exceptionem. Cur ergo hæc regula nequeat pati exceptionem in viris Ecclesiasticis, ut quàmvis in eis conjugium priùs contractum sit honorabile; minime tamen thoris seu usus conjugalis post Ordinationem immaculatus?

114. Impudenter Calvinus majorem requirit puritatem in Sacerdotibus veteris Legis, quàm in Sacerdotibus Christi.

Et verd, quid impudentius, quàm majorem puritatem requirere in Sacerdotibus veteris legis, qui erant solum figura Christi, quàm in Sacerdotibus Christi, qui sunt Vicarii, ut supra dicebat August. vel quisquis est Auctor; immo in persona Christi conficiunt Sacramentum Eucharistiæ, ut loquitur Concilium Florent. in Decreto Eugenii? Sacerdos (inquit Eug.) in persona Christi loquens hoc conficit Sacramentum.

Conc. Florent. Ad Hebr. 3.

Hecle scriptum reliquit Apostolus ad Hebr. 5. v. 1. & sequent. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & Sacrificia pro peccatis: qui condolare possit iis, qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Putas autem; quia Apostolus hic loquitur de Pontificibus seu Sacerdotibus veteris legis tantùm, & non etiam de Sacerdotibus novi Testamenti?

115.

Audi quid loquatur Spiritus sanctus verl. 5. Sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret. &c. Ergo de Pontificibus loquitur etiam novi Testamenti, quos asserit pacificatores ad reconciliandum Deo populum; ac proinde Calvinus rursus mentitur, dum ait: Hanc personam, scilicet pacificatoris ad reconciliandum Deo populum, hodie non sustinent Ecclesiastici Pastores.

Mendacium Calvinii,

& ejus calumnia,

Nec minùs calumniatur, dum proloquitur: Nominatim Deum cavisse verbo suo, ne hac libertas (matrimonii) infringeret; clarius est, quàm ut longâ demonstratione uti necesse sit. Quod enim istud verbum? Aliud certè assignari non potest, nec aliud in margine apud Calvinum loco citato adducitur, quàm 1. Timot. 3. v. 2. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum. Et ad Titum. 1. v. 6. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir. Ad quæ loca sufficienter jam responsum arbitror, & digito quasi monstratum, nihil omnino officere præcepto Ecclesiastico perpetuè continentie, non pro omnibus,

1. Tim. 3. Ad Tit. 1.

sed pro his solis, qui liberè volunt initiari majoribus Ordinibus.

Sicuti nec in minimo officit, quod ait Apostolus 1. Cor. 7. v. 2. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaqueque suum virum habeat. Quibus verbis nihil aliud voluit significare, quàm expedire ulum conjugium inter conjugatos ad evitandam fornicationem, aut potius adulterium cum aliis personis. Et ideo subdit. v. 3. Vxori viri debet reddere, sicut sibi. Alioquin si præceptum est unicuique ad evitandam fornicationem accipere uxorem, quomodo rectè dicit v. 1. Num est homini mulierem non tangere?

Ex quo datur intelligi, quid velit significare illis verbis v. 9. Quod si non se continent, melius enim est nubere, quàm uri. Procul dubio melius est non peccare, quàm peccare, & id est melius est nubere, quando nuptie hic & illicitæ sunt, quàm uri, id est, siammâ libidinis incendi & superari, quod peccatum est, ergo docet ibi Apostolus, omnes posse nubere, qui non se continent, negatur Consequenter quoniam fieri potest, ut aliunde nuptie eis sine peccato sive jure naturæ, sive jure Ecclesiastico, & tunc non est melius nubere, immo aliquando pejus; quia & nubendo, & utendo nuptias peccatur.

Atque ut aliquando minus peccatum fore nubere, quàm uri; nihilominus illicitæ nuptias eligere tamquam minus malum, cum illud commune axioma: Ex duobus malis minus est eligendum, non habeat locum, nisi quando alterutrum malum est necessarium; parum nulla est necessitas incontinentie, cum possit homo, si velit, adjutus gratiâ divinâ, sine peccato vivere; ut docet Trident. sess. 24. can. 7. quod quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus continentibus vel Regulares castitatem solemniter professos, vel matrimonium contrahere, contractumque, vel non obstante lege Ecclesiasticâ vel voto; & quod nil aliud esse, quàm damnare matrimonium, vel omnes contrahere matrimonium, qui non continent castitatis, etiamsi eam voverint, habere damnationis rethema sit: eum Deus id rectè precipientibus non dampnet, nec patiatur nos supra id, quod possumus sentire, &c. D. August. Enarr. in Psal. 40. Ne dicatur, non possum tenere. & portare & frangere carcerem adjuvatis ut possis.

Alioquin si licitum est cuilibet nubere, quod non vult continere; quomodo verum est, quod dicit idem Apostolus 1. Timot. 5. v. 11. & c. Adolescentiores autem viduas derita. Cum enim iuvenculi fuerint in Christo, nubere volunt: habent damnationem, quia primam fidem irritam fuerunt. Cur damnat eas Apostolus, si melius sit coniugium nubere, quàm uri?

Igitur ex isto loco Apostoli 1. Corint. 7. nequaquam, vel obscure latem, probrum, Deum nominatim cavisse verbo suo, ne libertas matrimonii infringeret. Immo ex toto illo

capite manifestissime patet, continentiam meliorem & preferendam esse nuptiis. Neque tam difficilem aut raram cum gratia Dei, quam aliqui bene apprehendant: nam omnes ad eam invitatur Apostolus dicens v. 7. & 8. *Volo omnes vos esse sicut me ipsum* (scilicet continentes) *sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic.* Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Nempe intelligebat plurimos esse, qui donum continentiae sine periculo amplecti possent & cum innupti essent, ita in perpetuum perseverare, ut illis multo melius futurum esset, quam si nubarent.

mancipati sunt; blasphemetur inter impios nomen Domini.

Relictis itaque Hæreticis, tanquam impostoribus & inimicis continentiae; quam Christus Dominus noster ac magister verbo atque exemplo docuit, revertamur ad Catholicos; qui omnes uno ore laudant & prædicant continentiam tam Clericorum, quam Religiosorum; quamquam inter se disputent, utrum hæc continentia annexa sit Ordinibus immediate ex præcepto Ecclesiae, an vero mediante voto ordinatorum. Pro resolutione erit

CONCLUSIO V.

Continentia est annexa Sacris Ordinibus immediate ex præcepto Ecclesiae; non autem ex voto, nisi in casu particulari.

Suppono, obligationem continentiae duobus modis potuisse esse annexam Ordinibus sacris; primo modo immediate per præceptum, quemadmodum annexa est obligatio recitandi horas Canonicas. Secundo modo immediate ex voto (quemadmodum annectitur professioni solemnæ Religionis) mediante autem ex præcepto Ecclesiae, præcipientis tale votum explicitum, aut saltem implicitum seu tacitum.

Est autem differentia inter illos modos, non solum speculativa, sed etiam practica; quippe honestas illius præcepti; est specie distincta, ab honestate illius voti; & per consequens, transgressio illius præcepti, est peccatum specie distinctum, à transgressione illius voti. Diversa quoque est ratio dispensandi in illo præcepto, & dispensandi in illo voto. Nam secundum communem sententiam non valet dispensatio in voto sine justa causa; cum tamen multi doceant, eam valere in proprio præcepto. Hoc supposito

Conclusionem nostram insinuat Doct. Subtilis 4. dist. 37. q. 1. n. 2. ubi quaerit rationem, cur Ordo sacer dirimat matrimonium contrahendum; & respondens, ait: *Videtur aliquibus, quod propter votum annexum sacro Ordini . . . . Sed contra: Aut votum istud est sic annexum, quod suscipiens vovet: aut est tantum ex præcepto Ecclesiae quasi annexum, quia tenetur ita servare, ac si voveret. Primum non; quia nullus vovens, vovet nolitum; sed iste suscipiens Ordinem sacrum, explicitè habet in voluntate non continere; igitur possibile est, quod ipse non voveret continentiam.*

*Si dicas; quod vovet in sacro, quod facit in suscipiendo Ordinem sacrum, quia antiqui Patres Latini voverunt, & iste suscipit simile signum. Contra: nullus tenetur ex voto ad votum factum à alio, maxime si habet votum contrarium. Præterea Orientales suscipiunt idem signum, & tamen sine voluntate castitatis. Ita Scotus.*

121. Duobus modis potuit obligatio continens esse annexa Ordinibus sacris.

Differentia inter illos modos.

122. Conclusio nostram insinuat Doct. Subtilis.

119. Rectè Ecclesia nolum voluit admittere ad Ordinem sacrum sine obligatione continentiae.

Nemo debet deterri ab obligatione continentiae propter oblatrationes hæreticorum.

120. Offenditur alicuius Historiam quam adducit contra Catholicos Centuriatores Madeburgenses.

427. 2.

1. Pet. 2.



At disputando, non asserendo, ut patet. Neque enim ibi erat principalis quaestio, an ex voto, an ex praecipio Clericus teneretur ad continentiam; sed quo jure Ordo facer dirimeret matrimonium.

123.  
Quo jure  
Ordo facer  
dirimat  
matrimo-  
nium, ex  
scoto.

Ad quam proinde n. 4. sic respondet: *Dico igitur; nec propter votum continentia proprie dictum annexum Ordini sacro, nec annexum ex praecipio Ecclesiae, praecipiens tali non contrahere est, quod iste non potest contrahere (validè) sed ex hoc, quod Ecclesia faciat talem personam simpliciter illegitimam. Quod statutum fuit rationale: sive habitum fuerit à Christo, sive non; quia talis deputatur ministerio sacro, quod requirit munditiam mentis & carnis, perspicacitatem intellectus & fervorem affectus, ad quae omnia disponit continentia, & ad eorum opposita frequentia carnalis actus.*

*Nec in hoc debet aliquis dicere, Ecclesiam sibi praecipere judicare in suo jure; quia Ecclesia communiter non cogit aliquem ad susceptionem Ordinis sacri: & satis publicavit, quia post talem Ordinem susceptum, suscipiens est inhabilis ad contrahendum; igitur voluntarie incurrit talem inhabilitatem. Ergo hic ex professione non aliud docet Scotus, quam Ordinem sacrum jure tantum Ecclesiastico dirimere matrimonium contrahendum, quae est communis sententia, ut videbimus proprio loco.*

124.  
An Concl.  
nostra effi-  
caciter pro-  
betur ab  
Aversa ex  
Tridentino  
sess. 24.  
can. 9.

Hinc minus efficaciter Aversa q. 4. sect. 7. §. *Secundo*, probat Conclusionem nostram (quam ipse cum Aliis, quos citat, amplectitur §. *Praefertendus tamen*) ex Conc. Trident. sess. 24. can. 9. sequentis tenoris: *Si quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque, validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, anathema sit.*

Vbi, inquit Aversa, Concilium distinctè nominat legem Ecclesiasticam, & votum; sicut distinctè nominat Clericos in sacris constitutos, & Regulares solemniter professos: nimirum referens legem Ecclesiasticam ad Clericos ordinatos, & votum ad Regulares professos. Non ergo per medium voti, sed immediatè per legem Ecclesiae sacris Ordinibus annexa est obligatio continentiae. Hæc ille.

125.  
Ostenditur  
quod non.

Sed facillè respondere possunt Adversarii, Tridentinum ibi locutum, non de simplici tantum continentia sed de continentia, seu obligatione continentiae, quae sit impedimentum dirimens matrimonium, ut patet ex illis verbis; *Contractumque, validum esse*; porro quod continentia Clericorum dirimat matrimonium, non habet ex natura sua, quasi omnis obligatio continentiae sit impedimentum dirimens, sed ex solo jure Ecclesiastico, ut communiter docent Theologi.

Obligatio  
continentiae  
Religioso-  
rum ex na-  
tura rei non  
dirimit ma-  
trimonium.

Quinimo nec obligatio continentiae Religiosorum illum effectum habet ex natura sua, seu praecisè ex vi voti; sed ex sola lege Ecclesiae ut communior habet sententia, quam sequitur Aversa de Matr. q. 15. sect. 1. §. *Sed dicendum*

*nihilominus.* Ac proinde hic Auctor male aliter Trident. supra, legem Ecclesiasticam referre ad Clericos ordinatos, & votum ad Regulares professos, quandoquidem per votum praecisè, in ipsius sententia, matrimonium contractum à Regularibus non fit invalidum. Igitur lex Ecclesiastica etiam refertur ad Regulares professos.

Addit autem Trident. *Vel voto*; quia multi dicebant, votum solemnè ex natura rei dirimere matrimonium; non ergo illam controversiam pro una vel altera parte definitur, dicit sub disjunctione: *Legè Ecclesiastica, vel voto*, volens solum definire, sacrum Ordinem, & solemnem professionem dirimere matrimonium, live fiat per legem Ecclesiasticam, live ex natura voti solemnè.

Relicta itaque probatione, petit ex illo loco Conc. Tridentini tamquam minus efficaci; quia hic tantum agitur de obligatione simpliciter continentiae, quae possit esse ex voto immediatè, tamen obligatio continentiae dirimentis matrimonium, de qua ibi loquitur Trident. foret ex lege Ecclesiastica.

Principaliter fundatur Conclusio in duobus Canonibus & Decretis Pontificum & Conciliorum in praecedentibus Conclus. memoratis, quibus hæc obligatio imponitur absolute simpliciter per modum praecipii; licet per imponuntur alia praecipia, nullis factis mentione alicujus voti aut promissionis.

Et cum aliunde nulla sit necessitas voti expliciti, vel impliciti; sive ex parte personae Ecclesiae, nam votum continentiae, quod ab adversariis admittunt Ecclesiam posse praecipere res est aequè difficilis, atque ipsa continentia sine voto; sive ex parte finis illius obligationis qui est honestas & decencia status Ecclesiastici & perfectè obtinetur, si continentia observetur tamen sine voto; videtur hic habere hanc commune dictum: *Frustra à sit per plura*, quod commodè potest fieri per pauciora. Ergo frustra Ecclesia praecipit Clerico votum continentiae, quod aequè commodè possit praecipere immediatè ipsam continentiam.

Non quod possit quempiam absolute obligare ad continentiam, nullo interveniente consensu, sicut nec potest sic obligare ad votum continentiae; sed quod possit obligare illi, qui suam voluntate & libertate prout ad Ordines promovet, non cogendo quempiam absolute ad suscipiendos Ordines. Semper irrogatè intervenit liber consensus, si non immensè circa ipsam continentiam, saltem circa susceptionem Ordinis, cui scit, aut saltem scire debet, talem obligationem esse annexam.

Et ideo Episcopus ordinandis in Subdiaconatu nos proponit non votum castitatis; sed simpliciter obligationem; dicens: *Fili dilectissimi, accipite sacrum Subdiaconatus Ordinem promovendi, ut cum atque iterum considerare debetis attentè, quod cum hodie appetitis. Hactenus enim liberi estis, hactenus*

Seç. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 5. 689

Vobis pro arbitrio ad secularia vota transire sed si hunc Ordinem susceperitis, amplius non licebit a proposito restituere; sed Deo, cui servire, regnare est, perpetuo famulari; & castitatem, illo adjuvante, servare oportebit; atque in Ecclesia ministerio semper esse mancipatos.

Ubi, ut vides, eisdem verbis denuntiat Subdiaconis ministerium Ecclesiæ, & castitatem; sed ad ministerium Ecclesiæ non tenentur ex voto; ergo neque ad castitatem ex voto, sed immediate ex præcepto Ecclesiæ.

129. Alioquin cur Pontificale seu Pontifex non peteret à singulis explicitum votum, sicut petit Superior à singulis Regularibus; dum solemniter profiterentur? Ita argumentatur Averfa supra §. Quarta.

Sed respondet quispiam; quia professio consistit essentialiter in tribus votis, paupertatis nimirum, castitatis & obedientiæ; quid ergo mirum, si explicita illa vota exigantur in solemnī professione, quàmvis absolute sufficere possent implicita? At verò Ordinatio sacra essentialiter non est votum continentiæ explicitum vel implicitum, ut omnibus est manifestum, sed unum ex septem Ecclesiæ Sacramentis, cui vel Deus, vel Ecclesia annexit obligationem seu votum continentiæ. Cur ergo non sufficiat votum implicitum seu tacitum, id est, quòd Ordinatus sciat, aut saltem scire debeat, illi Sacramento esse annexum huiusmodi votum & nihilominus velit illud suscipere & actu suscipiat?

130. Sanè non video magnam vim illius Argumenti: nisi addatur, quòd contingere possit, ut suscipiens sacros Ordines, nihil omnino sciat, nec scire possit de illo voto; & quàmvis optime sciat, aut certe scire possit, absolute tamen nolit votum: jam autem, ut dicebat Scotus supra: Nullus votum votet nolitum; immo non scitum, cum nihil sit volitum, nisi cognitum.

Hinc tamen aliquis faceret signa tacitæ professionis, v. g. per triduum gestaret habitum professorum; nisi sciat, illam gestationem esse tale signum, in foro conscientiæ non obligatur; ergo similiter in casu nostro, qui cum ignorantia invincibili illius voti, vel etiam cum positiva voluntate non votendi, susciperet Ordinem sacrum, non obligaretur ad continentiam.

Ad istud ergo incommodum evitandum, videtur planè fuisse conveniens, ut illud votum explicite à singulis exigeretur, aut certe proponeretur. Cùm ergo hoc non fiat, signum est, Ecclesiam ne tacitum quidem votum postulare. Præsertim cùm licet explicitum exigeret, equidem illud inconveniens non evitaretur, quia ad verum votum non sufficit externa promissio, sed maximè requiritur animus internus, qui semper potest abesse, tamen ore verba promissionis proferantur.

131. Ut ergo etiam tali casu, quando quis absolute nolle promittere continentiam, nihilominus ad eam obligaretur; profus expediens vi-

detur fuisse, quòd Ecclesia immediate suo præcepto susceptioni sacri Ordinis annexerit illam obligationem; quia tunc ordinatus obligatur hoc ipso, quòd verè consentit in ipsam Ordinationem, eo modo; quo obligatur ad recitandas horas Cónicas.

Aliqui, ut hanc difficultatem evadant, respondent; in tali casu obligationem oriri ex immediato præcepto Ecclesiæ; secus quando ordinatus novit votum, & non habuit contrariam voluntatem.

Sed contrà facit; quòd nupiam in iure invenitur illa distinctio; ergo gratis confingitur; ergo vel omnes obligantur immediatè ex præcepto Ecclesiæ, vel nullus obligatur.

Dices; invenitur illa distinctio in Concilio Trident. sess. 24. can. 9. Si quis dixerit, Clericò in sacris Ordinibus constituto . . . posse matrimonium contrahere, contractumq; validum esse non obstante lege Ecclesiastica, vel voto; anathema sit.

Respondeo ut supra; hic non agitur de simpliciter tantum obligatione continentiam, sed de tali obligatione continentiam, quæ sit impedimentum dirimens matrimonium; & definit Trident. hunc effectum provenire, vel ex lege Ecclesiastica, ut communior est opinio; vel ex voto, ut Aliqui docent; præsertim de matrimonio Regularium, de quo etiam ibi agitur.

Alii ergo putant sufficere ad votum tacitum, quòd aliquis, sciens obligationem voti annexam, velit suscipere Ordines sacros, tamen si positive nolit votum; quia, inquirunt, hæc voluntas est tantum aliqua velleitas seu simplex complacentia, quæ quidem velle non votum, si possit; interim, quia videt, se non posse illam obligationem separare, absolute in eam consentit; sicuti qui nolle projicere merces in mare, interim absolute projicit, quia videt se non posse alio medio evitare naufragium.

Respondeo; disparitatem esse, quòd illa projectio non possit fieri sine absoluta voluntate projiciendi, ut patet; possit autem quis suscipere Ordines sacros, etsi absolute nolit votum continentiam, dummodo absolute velit suscipere Ordines; adeoque per susceptionem Ordinis non recedit à tali contraria voluntate, sicuti recedit per projectionem mercium.

Suppono autem cum communi sententia, animus votendi esse omnino de ratione & essentia voti, prout votum distinguitur à præcepto, ut nequidem per Deum possit illa voluntas suppleri, ita ut sequatur obligatio fidelitatis, bene alterius virtutis. Unde quòd hic quæritur est, an qui susciperet Ordinem sacrum, sciens obligationem continentiam annexam, absque voluntate; imò cum contraria voluntate eam votendi seu Deo promittendi, si postmodum non contineat, peccet contra votum propriè dictum, & per consequens peccato infidelitatis. Quod ego non puto.

Quidquid videatur dicere Vasquez disp. 247. §. 111. n. 98.

mediatè præcipere continentiam.

Gratia videtur dici quòd obligatio hic, aliquando oritur ex præcepto, aliquando ex voto.

132. Objectio est Trident.

Solvitur.

133. Aliqui putant consistere votum tacitum cum voluntate non votendi.

& probant à simili.

Assignatur disparitas.

Animus votendi est omnino de essentia voti.

Aliud argumentum Averfa pro nostra Conclusionē. Responsio.

130. Auctor non videt magis vim istius argumenti, nisi aliquid addatur.

131. Congruum fuit, quòd Ecclesia im-

flerit, are ad gularce, scilicet, cum à ex Ecclesiæ, multum, ut verum, ut lib, volens, emana, sine id, natur, ubi lo, ds aff, gnatione, ex voto, de dir, ur Trid, illis Ce, cono, raria, in, Coluè, a, cur per, mentio, voti en, potitum, quod ob, racione, continen, igno, scilicet, abesse, quia, ultra, rati, rati, te oblige, ente exp, ad votum, ad Orde, tam abse, er itaque, mentum, a suscip, scire de, ubi dicit, d simpli, d, item, ned am, is, itaque, pta

An qui nollet interius vovete, si postmodum non contrineat peccat contra votum?  
Vasquez.  
Cajetanus.

n. 98. & 99. ubi sic ait: Ut votum implicitè ordinatus emitte dicatur, satis est, reipsà suscipere Ordinem ipsū, si non adsit peccatum fictionis, quòd attinet ad votum continentia, ut optimè docuit Cajet. 10. 1. Opus. tract. 27. Quia tamen voluntas nullius cogi potest, & voluntate repugnante non censetur emitti votum, ut si quis expressè nollet promittere, neque hæc voluntas suppleri possit per legem; dicendum esset, eum, qui sic ordinaretur, peccaturum peccato fictionis, ut idem Cajet. observavit: quia denotabit exterius, ipsā Ordinatione se emitte votum, cum tamen reverà interius nollet vovete. Cùm verò accederet ad propriam uxorem, vel alienam, peccaturum tantum peccato sacrilegii contra id, quod exterius Deo vovisse visus esset, & promississet: quia id, quod exterius promisit, deberet eodem modo implere: sicut is, qui juraret falsum sine intentione jurandi, & adducendi Deum in testem, nihilominus peccato perjurii peccaret, ut suo loco ex mente ejusdem Cajet. dicemus. Hæc ille.

Judicium  
Auctoris.

Ego autem dico; quòd sicut hic non peccaret peccato perjurii propriè dicto, sed tantum peccato mendacii, & peccato sacrilegii, quando falsitas foret publica; quia saltem exterius adduceret Deum in testem falsi, quod est contra reverentiam Deo debitam; ita in priori casu accedens ad propriam, vel alienam uxorem, non peccaret propriè contra votum seu fidelitatem debitam Deo; quia reverà non foret debita; sed sicè promittendo peccavit peccato mendacii, & non servando continentiam solùm peccaret peccato sacrilegii contra reverentiam debitam illi statui ex præcepto Ecclesiæ; vel si nullum præceptum admiseris, audeo dicere, secluso scandalo non peccaret.

135.  
Quid si aliquis ignarus voti ordinaretur?  
Vasquez.

Sicuti secundum Vasquezium ibidem: si quis aliàs omnino ignarus, ejusmodi votum emitti solitum, in ipsa Ordinum susceptione, ita ab Episcopo ordinaretur, ut ab eo votum non exigeret, neque expressè, neque implicitè votum emittere censeretur; sed liber omnino maneret, ut propriam uxorem cognoscere posset: sicut manserunt Subdiaconi in Sicilia ordinati, de quibus loquitur Gregorius in illa Epistola 42. citata. Hæc ille.

Ut sit de illis Subdiaconis Siciliae (qui servabant morem Ecclesiæ Orientalis, ut supra diximus, & ideo liberi manserunt, non propter ignorantiam obligationis, sed quia reverà non erat obligatio) si verum est, quòd ignorantia excuset ordinatum ab obligatione continentia, tamen exterius ipsa Ordinatione denotet se emitte votum; quidni etiam excuset interna voluntas non emittendi votum? Non video disparitatem, nisi quòd unus peccaverit peccato mendacii, alius non, quod parum refert, imò nihil ad obligationem imposterum continendi.

136. Itaque potuit Ecclesiæ velle obligare omnes

ordinandos, ad emittendum votum in ipsa Ordinatione, aut certe post Ordinationem, si ad votum vel ex ignorantia, vel ex malitia in ipsa Ordinatione non fecerint; interim quoad votum factum non est, quàmvis peccet ordinatus, non faciendo, peccato sacrilegii, quia id præceptum est in reverentiam statūs Ecclesiastici; atque fornicando, aut aliàs non continendo, non peccat peccato sacrilegii, secluso quocumque alio præcepto.

Sicuti qui vovet intrare Religionem, quàmvis non intrando peccet contra votum suum, quousque tamen non intraverit, & emisit sacram professionem, fornicando, aut aliàs non continendo, non peccat peccato sacrilegii seu contra votum suum; quia reverà nondum votum Constitutis emisit, estd ex voto teneatur illud emittere.

Et verò putas, si aliquis sicè fuisset profectus, absque voluntate vovendi, censetur, inquit, quòd in foro conscientia, secluso scandalo, peccat neatur ad continentiam ultra alios homines? Communiter DD. non censent. Et ergo, si peccatus ordinatus ex solo voto teneatur ad continentiam, & non immediatè ex præcepto Ecclesiæ, non a osim dicere, eum non obligari ad continentiam, qui nullo modo voluit vovete, tamen si vult suscipere Ordines sacros? Audeo dicere, eum non obligari.

Neque satis perspicio, quare Ecclesiæ obnoxietur potius præcepto aliquo obligare ad continentiam, qui sacros Ordines suscipere, nisi animo vovendi, quàm qui exterius profectus solemniter, absque animo interno profectus.

Interim nolo recedere à communi sententia, sed volo omnes constitutos in majoribus Ordinibus observare continentiam, tamen potius si nolissent eam vovete, ita ut fortassis peccent duplici peccato; uno contra castitatem, sicut alii non ordinati; alio contra Reverentiam ex ejus motivo Ecclesiæ præcepti ipsam continentiam.

Unde debet omnino Clericus in his peccatis aperire hanc circumstantiam in Confessione, tanquam mutantem speciem: ita tamen ut quando confitetur alicui, sciens illum esse in sacris, eo ipso confitetur peccatum cum hac circumstantia, etiam si non distinctiùs aliis vovet eam explicet.

Dices; in jure lapsus Clerici vocatur simpliciter fornicatio cap. 9. dist. 8. (quod delictum est ex Conc. Neocaesariensi ca. 17. *Preterquam si uxorem duxerit, ab Ordine suo illius deponi debet. Quòd si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abici, & ad penitentiam inter sanctos redigi oportet.*)

Et clariùs cap. Quia circa, 6 de Bigamia ibi: *Sanè postulasti per Sedem Apostolicam edicere, si Presbyteri plures concubinas habentes, bigami censentur. Ad quòd duximus respondendum, quòd cum in singularitatem non incurterint bigamia, cum eis, in-*

**Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 5. 691**

quam simpliciter fornicatione notatis, quoad executionem Sacerdotalis officii, poteris dispensare.

**140.** Respo. ad textum.  
**Respo. ad 2.**  
Respondet; in primo textu sumitur hoc nomen fornicationis, ut distinguitur contra adulterium, ut patet ex illis verbis: *Fornicatur fuerit vel adulterium commiserit.* In secundo vero textu accipitur pro copula illicita, prout distinguitur contra copulam etiam licitam, ex qua incurritur irregularitas bigamiæ. An autem illa copula, præter malitiam fornicationis, etiam habeat malitiam sacrilegii, ibi non quaritur, adeoque ex illis iuribus nihil probatur contra communem doctrinam.

Ceterum tamen præceptum continentie non distinguit seu superaddat aliam malitiam, quando fertur ex motivo ejusdem virtutis, v.g. ex motivo castitatis; atamen quando fertur ex motivo alterius distinctæ virtutis, ut in casu proposito ob reverentiam divini ministerii & sacri Ordinis, atque adeo ex motivo Religionis erga Deum, verè distinguit seu superaddit novam malitiam, ut alibi latius diximus. Hæc sufficerent pro veritate Concl. nisi opposita sententia foret magis communis, cujus proinde fundamenta restant dissolvenda.

**141.** Sententia opposita Concl. non est communior.  
Itaque quamplures Theologi ac Iuristæ & morales Auctores annectunt obligationem continentie Ordinibus, mediante voto proprio ordinatorum, non quidem explicito & expresso, siquidem non invenitur talis forma voti in ritu Ordinationis, sed tacito & implicito, quod fit opere ipso, nempe reali susceptione Ordinis; sicut & datur professio tacita, quæ fit opere ipso, complendo annum probationis, & gestando habitum, ac exercendo munera professorum.

Probatur autem hic dicendi modus ex ipso iure, cap. *Cum olim*, 6. de Clericis conjugatis, ibi: *Nos igitur attendentes, quod Orientalis Ecclesia votum continentie non admisit.* Ita Innoc. 3.

Et Bonif. 8. cap. unico de Voto in 6. sic ait: *Presentis declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum votum debere dici solenne quantum ad post contractum matrimonium dissolvendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri Ordinis, aut professionem expressam vel tacitam, scilicet alicui de Religionibus, per Sedem Apostolicam approbatis.*

**142.** Item ex Extrav. Joann. 22. de voto.  
Similiter loquitur Joannes 22. Extrav. de Voto cap. unico ibi: *Presenti declaramus edito, quod licet votum solemnizatum per sacri susceptionem Ordinis &c.*

Accedat auctoritas B. Gregorii, qui scribens Petro Subdiacono lib. 1. Epist. 42. in fine ait: *Nullum facere Subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui se victurum castæ promiserit.* Ita refertur apud Grat. dist. 28. c. 1.

Et ibidem cap. 3. ex Conc. Tolet. 4. c. 26. dicitur: *Quando Presbyteri aut Diaconi per Parochias constituuntur, oportet eos primum professionem Episcopo suo facere, ut castè & piè vivant sub Dei timore.*

Magis ad propositum facit, quod ibidem refertur c. 5. ex Conc. Tolet. 2. cap. 1. sub hac forma verborum: *At ubi octavum decimum ætatis sue compleverint annum, coram totius Cleri, plebisq; conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit & professionem (scilicet, professionem) castimonie suæ absque conjugali necessitate sponderint sectaturos, hi tamquam appetiores arctissima vi levisimè Domini iugo subdantur: ac primò Subdiaconatus ministerium habità probatione professionis suæ à 20 anno suscipiant.*

Adjungo quod ibidem lego cap. 6. ex Conc. Arelat. 2. c. 2. *Assumit aliquem ad Sacerdotium in coniugii vinculo constitutum non oportet, nisi fuerit promissa conversio, id est, castitas.*

Omitto alios textus, qui ibidem videri possunt, & similiter loquuntur de Diaconis. Tantum subscribo, quod ex Conc. Carth. 3. c. 19. refertur dist. 32. cap. 8. *Lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam præferri, si videlicet ad Subdiaconatum voluerint promoveri.*

Respondetur; per votum & professionem seu professionem continentie in illis iuribus non aliud intelligi, quam acceptationem obligationis, ab Ecclesia per modum præcepti impostæ, sive voluntariam ipsam susceptionem Ordinis sacri cum hac obligatione. Et ideo vocatur votum implicitum & tacitum, quia licet non expressione verborum, tamen facto ipso recipitur talis obligatio, & fit talis professio.

Sed quare, inquis, vocatur votum? Respondet; ob similitudinem, quam habet cum voto; quia sicuti ad votum continentie proprie dictum nemo potest cogi propter difficultatem & præstantiam illius virtutis; sic etiam nemo potest cogi ad susceptionem Ordinis sacri, cui conjungitur per præceptum obligatio continentie, propter eandem difficultatem & præstantiam. Et sicuti votum continentie proprie dictum pertinet ad virtutem Religionis, sic etiam ad eandem virtutem spectat obligatio continentie & susceptio Ordinis sacri, cui hæc obligatio per præceptum annectitur.

Igitur ad distinctionem aliorum operum, v.g. auditionis Missæ, lectionis Horarum Canoniarum, & similibus, quæ Ecclesia per se præcipit, aut certè præcipere potest, non habito respectu ad liberum consensum subditorum, quia suâ difficultate non superant communiter fragilitatem humanam; ad differentiam, inquam, illorum operum, voluntaria susceptio Ordinis sacri, cum obligatione continentie vocatur votum, & professio continentie, ut sic indicetur spontanea & libera omnino electio eorum, qui cum sacro Ordine, hanc obligationem subire consentiunt.

Itaque jura jam citata, vel loquuntur de voto similitudinario, ut patet ex materia subjecta, & rationibus allegatis pro nostra sententia. Vel certè

**143.** Præterea ex cap. 1. Concil. Tol. 2a

cap. 2. Concil. Arel. 2a

& cap. 19. Conc. Carth. 3a

**144.** Quid illa jura intelligant per votum seu professionem continentie.

**145.** Quare illud præceptum Ecclesie vocetur votum.

**146.** Jura citata loquuntur de voto.

omissu-  
nario, aut  
particulari  
promissio-  
ne.

certè de aliqua particulari professione seu promissione continentia, quæ ob peculiarem aliquam rationem fiebat, vel Deo, vel saltem Episcopo ordinanti. Sic quippe Greg. Papa prohibuit, ut deinceps in Sicilia non præsumant Episcopi ullum facere Subdiaconum, nisi qui se victurum castè promiserit. Non ait, Deo, ut proinde intelligi posset de Episcopo ordinante, ne videlicet postmodum allegarent antiquam Ecclesiæ consuetudinem in contrarium; voluit siquidem Pontifex, ut imposterum Subdiaconi Sicilia ordinarentur more Ecclesiæ Latinæ, & non amplius more Ecclesiæ Græcæ, quo antea consueverant ordinari.

147.  
Explicatur  
cap. 10.  
Conc. An-  
cyrani.

Consimiliter explicari posset, quod statuit Conc. Ancyrani cap. 10. aliàs 9. (& refertur dist. 28. c. 8.) *Diaconi quicumque, cum ordinantur, si in ipsa Ordinatione professi sunt dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere, hi si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiam dederit. Quicumque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debent.*

In quibus verbis nota ly *Professi sunt*, scilicet coram Episcopo, ergo ly *Tacuerunt*, & per consequens ly *Professi continentiam* ( utique implicitè per taciturnitatem ) intelligi potest de professione seu promissione continentia facta Episcopo, & non Deo. Voluit namque Concilium, ut illi tantum Diaconi obligarentur ad continentiam, qui hoc vinculum implicitè acceptarent, non præcisè per susceptionem Ordinis, sed per propriam taciturnitatem.

148.  
Item ex-  
penditur  
cap. 10.  
Tol. 11.

Quantum ad Constitutionem Conc. Tolentani 11. cap. 10. (& refertur dist. 23. c. 6.) *Quamquam omnes, qui sacris mancipantur Ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, ut promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus Ecclesiastica probat aliàs, provebit ) disciplina. Solet enim plus timeri, quod specialiter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur.*

Aversa.

Ibi planè supponitur obligatio generalis ex communi lege Ecclesiæ: additur autem ( inquit Aversa supra §. *Et in quibusdam* ) specialis voti promissio, intelligendo acceptationem ejus obligationis: nisi fortè in ea Provincia tunc fuerit specialiter requisitum expressum votum, distinctum à communi præcepto. Quod factum, putat hic Auctor, ut sic magis singulis innotesceret ea obligatio, ac deinceps cautiores essent ad eam implendam, ut colligitur ex ultimis verbis: *Solet enim plus timeri &c.*

149.  
In quo non  
videtur esse  
sermo de  
obligatione  
continentiæ  
annexa Or-  
dinibus  
sacris.

Interim noto ego, ibi non esse specialem sermonem de obligatione continentia annexa Ordinibus sacris, sed de obligatione vivendi juxta fidem Catholicam, & reverentiam ac obedientiam præstandi superioribus Prælati.

Ita colligo ex Glossa ibi verb. *Quamquam*, ubi his verbis proponit casum istius Constitutionis.

*Quæsitum fuit in Concilio Tolentano; an Clerici, qui promovuntur ad Ordines & Prælatas, promittant debeant suis Majoribus vivere iuxta fidem Catholicam, & eis reverentiam & obedientiam præstare. Et respondet: quod quamvis ad hoc teneantur generaliter, tamen ab eis hoc exigitur expresse. Solet enim plus timeri &c. & qui contra hoc promissum ( utique Prælato factum, non Deo ) venerit, iuxta consuetudinem penam persolvat. Ita Gloss.*

Et patet ex verbis subsequentiis Concilii: *Et idem placuit huic sancto Concilio, ut unusquisque, qui ad Ecclesiasticos gradus est assumptus, non sine honoris consecrationem accipiat, quam placuit sibi ( aliàs, placita sibi ) adnotatione, ( id est, scripturâ ) promittat, ut siem Catholicam sincerè devotione custodiens, iuste & pie vivere debeat, & in nullis operibus suis, canonicis regulis contradiat, atque ut debitum per omnia honorem, atque reverentiam, præminentibus sibi auctoritatibus, iuxta illud B. Leonis Pape editum: Qui sit aliorum esse prepositum, non molestè ferat, autem sibi esse prelatum; sed obedientiam, quam regis, tamen ipse dependat.*

Itaque hæc Constitutio partim aut nihil ad propositum, nisi sub ly *Canonice regulis* intelligas regulam seu obligationem continentia. Et illo admisso, tantum sequitur, quod Majoribus suis, ut patet ex Glossa, debent tunc temporis in illa Provincia ordinandi, ante susceptionem Ordinis, continentiam promittere, propter specialem rationem, quæ non repugnat nostræ sententiæ.

Et de eadem promissione, homini facta, intelligo cap. 5. Concil. Tolent. 3. *Conventus est à sancto Concilio Episcopus, Presbyter &c. conon, venientes ex hæresi, carnali adhaerent uxoris copulari. Ne ergo de cetero hoc faciant, tur quod & canonicis prioribus continentiam, ut ceat eis vivere libidinosa societate, sed maneat eos conjugali lege, communem utilitatem habent non sub uno conclavi maneat. Val certe si ipsa virtus, in alia domo, seam uxorem faciat habitare, ut castitas apud Deum, & apud homines habeat monium bonum. Si quis vero post hæc conventionem ( utique cum homine ) obsecrat cum uxore vivere, ut neglector habeatur.*

Ex his omnibus, festinè cognoscitur, quod in Conclus. addiderim illam particulam *obsequio casu particulari*; quia potuit sic ordinari in quibus Provinciis, & fortè sic ordinatum, ut non solum Episcopo ordinanti; sed etiam Deo ante Ordinationem fieret votum continentia, sic exigente pro tunc bono publico illius Ecclesiæ.

Omitto rationes, quas adversarij contra Conclusionem nostram adducunt; quia parva sunt momenti, & jam pro parte eis est scriptum. Nam imprimis inferunt; quod habitus carnis in ordinatis non esset diversus speciei, per consequens non haberet circumstantiam differentem novam speciem, & explicandam in

*Secl. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 5. 693*

Confessione præ lapsu laicorum; præceptum quippe Superioris, quando cadit super materiam alias debitam, per se non addit aliam speciem malitiæ.

**Solvitur.** Sed ad hoc supra responsum est; scilicet, etiam præceptum superaddere aliam speciem malitiæ; quando fertur ex motivo diversa virtutis.

**152. Secunda objectio.** Inferunt rursum; ergo si quis simul professus, & ordinatus, carnali peccato delinqueret, præter culpam luxuriæ, duplicem aliam incurreret; unam contra votum, & alteram contra præceptum; debereque utramque distinctè in Confessione aperire.

**Solvitur.** Respondeo conc. totum: Et qui contrarium docent, scilicet satis esse vel exprimere professionem, vel Ordinem, sunt in opposita sententia; puta, quòd obligatio continentia sit annexa Ordini ex voto immediatè, & non ex præcepto.

**153. Tertia.** Si denique inferant ex nostra sententia: ergo Pontifex posset in illa obligatione dispensare, etiam sine causa, saltem validè; immo in universum eam tollere seu abrogare, quia potest legislator eadem auctoritate, quâ legem aliquam condidit, in ea ad libitum dispensare, ac etiam eam in totum abrogare: quod non sic procedit in voto. At consequens planè videtur absurdum & magnum aditum aperiret ad hujus tam sanctæ institutionis dissolutionem.

**Solvitur.** Respondeo; estò obligatio annexa esset ex voto cum id solum proveniat ex lege Ecclesiæ, posset Ecclesia legem illam validè tollere sine justa causa; quâ utique sublatâ, qui susciperet Ordines, nullatenus obligaretur, etiam ex voto, ad continentiam, sed posset validè & licitè inire matrimonium, & in eo petere & reddere debitum.

**154. Pontifex potest facere, ut ordinatus valide contrahat matrimonium, auferendo legem irritantem.** Deinde; potest Pontifex facere, ut jam ordinatus cum voto continentia, nihilominus validè contrahat matrimonium; & per consequens, in eo licitè reddat debitum, auferendo scilicet legem suam, quâ irritavit matrimonium ordinati, ut suo loco diffusius explicabitur. Sed hoc non est absurdum, nec aditum aperit ad hujus tam sanctæ institutionis dissolutionem; ergo nec istud, quod sequitur ex nostra sententia.

Probatür Minor: quia ut aditus maneret oclusus, sufficeret, quòd Pontifex non posset hæc facere licitè sine justa causa; sed quòd graviter peccaret, propter maximum scandalum, & confusionem, quam inferret Ecclesiæ. Sanè non est præsumendum, quòd Spiritus sanctus, cujus providentiâ regitur Pontifex, maxime in iis, quæ spectant bonum totius Ecclesiæ, permittet aliquando tantum scandalum & confusionem.

**155. Immo potest absolventè dispensare, sive in præcepto,** Ceterum ex justa causa posset Pontifex concedere dispensationem, sive in præcepto, sive in voto isto; quâ dispensatione factâ, Clericus dispensatus, non solum validè, sed etiam licitè con-

trahit matrimonium; eoque utitur petendo & reddendo debitum.

Atque tales dispensationes aliquando vidimus, non tantum ex causa boni publici & communis, sed etiam ex causa boni privati & specialis ejusdem Clerici; estò Aliqui doceant, semper requiri causam publicam, eo quòd nequeat bonum privatum tanti momenti concurrere, quanti opus est, ut tanto malo scandaloque publico valeat comparari, quantum ex matrimonio Clerici sequeretur, quodque compenset tantum bonum, quantum est Clericorum continentia. Ita Sanchez lib. 8. de Matr. disp. 8. n. 2.

Respondeo; quàmvis hæc ratio obtineret in Clerico Sacerdote aut Diacono, tamen in Subdiacono videtur posse aliquando occurrere bonum privatum tanti momenti, quanti opus est, ut valeat comparari malo & scandalo publico, quòd ex matrimonio talis Clerici sequeretur; quòdque compenset tantum bonum, quantum est talis Clerici continentia. Et ideo frequentius cum Subdiaconis dispensatur, rarius cum Diaconis, rarissime cum Sacerdotibus. Quòd enim quisque magis consecratus est Deo, eo videtur exigi major causa ad dispensandum; quia eo majus oritur scandalum, & majus bonum est continentia.

Si autem à me quæritur; an ergo nullum sit discrimen in dispensando; si obligatio sit ex præcepto, aut ex voto? Respondeo citius, fortè aliquod esse; puta, quòd si obligatio tantum sit ex præcepto Ecclesiæ, id est, ipsius Pontificis, tamen si sine causa dispensaret, nihilominus posset dispensatus licitè uti tali dispensatione, contrahendo matrimonium, & petendo ac reddendo debitum; quia reverà vinculum præcepti ablatum est, etiam non sine gravi peccato Pontificis.

At si obligatio sit ex voto, cum dispensatio in voto sine justa causa sit invalida, peccaret Clericus sic dispensatus contrahendo matrimonium & petendo debitum; posset tamen reddere debitum, quia matrimonium foret validum, cum invaliditas non oriatur præcisè ex voto, sed ex lege Ecclesiastica. Talis ergo ita se deberet gerere, ac si cum voto simplici castitatis matrimonium contraxisset; quia dispensatio solum abstulit solemnitatem voti, non autem absolutam obligationem; abstulit irritationem dumtaxat matrimonii, non autem prohibitionem; sicutque dispensatio valida quantum ad constituendum matrimonium validum; secus quantum ad reddendum matrimonium licitum.

Ceterum, dato hoc discrimine, nullatenus est absurdum, quòd Clericus dispensatus sine causa, licitè utatur dispensatione; sicuti nullatenus est absurdum, quòd Clericus dispensatus sine causa, in lectione horarum Canonicarum, licitè eas non recitet.

Dixi: *Dato hoc discrimine*: quia in primis dicitur SSS 3 ego

*sive in voto isto ex justa causa.*

*An requiratur sententia per causam publicam*

*Sanchez.*

*156. An sit illud quod dicitur in dispensando, si obligatio sit ex præcepto, aut ex voto.*

*Concl. 5.*

*Solvitur.*

*153.*

*Solvitur.*

*154.*

*155.*

ego teneo, etiam dispensatio in propria lege sine justa causa, est invalida; quamvis abrogatio valeat, & ita ex hac parte adhuc esset aliquod discrimen.

157.  
An Pontifex sine causa possit valide dispensare in suo voto.  
Aversa.

Deinde Aversa supra §. *Solum ergo*, docet, quod quamvis in voto merè spontè emisso, non valeat dispensatio sine justa causa, & per consequens non liceat uti tali dispensatione: attamen quando votum ipsum emittitur ex præcepto Superioris, dici, inquit, potest, ita manere sub potestate ejusdem Superioris, & ita esse interpretandum dependere ab illo, & cum hac intentione esse emissum à vovente, ut possit ita ab eodem Superiore dispensari & relaxari, sicut posset præceptum ipsum Superioris, cadens super eandem materiam. Et sic est in præsentis casu, ubi votum continentiae in sacra Ordinatione diceretur emitti ex præcepto & instituto ipsius Ecclesiae seu Pontificis. Hæc ille.

Sed quia nullum pro hac nova opinione citat Auctorem, & de illa intentione voventis nobis non sufficienter constat, neque talis interpretatio satis fundata apparet; nequaquam ei subscribimus, & eadem facilitate ac soliditate dicimus; Superiorem in hoc voto nihil amplius posse, quam in aliis votis, factis absque ejus præcepto; quia præceptum voventi non potest mutare naturam voti, nec minus jus accipit Deus ex illo voto, quam ex alio quocumque; & ideo non magis potest Superior tollere jus, quod Deus habet ex illo voto, quam ex alio quocumque.

158.  
An Confessarius determinatè scire debeat, quam ex his duabus sententiis Clericus teneat.  
Coninck.

Atque hic foret finis hujus Conclus. nisi aliquis Confessarius me interrogasset; an determinatè scire debeat, quam ex his duabus sententiis Clericus teneat, dum confitetur peccatum carnis; nam si putavit, se obligari ex præcepto, jam alio specie peccato peccavit, quam si putasset, se obligari ex voto.

Et quid si tenuisset sententiam Coninck disp. 20. de Sacramento Ord. n. 130. purè, Clericos obligari tum ex præcepto, tum ex voto? Nam licet communiter rejiciatur, eò quod multiplicet obligationes, & per consequens peccata sine necessitate; fieri tamen potest, ut quis ei mordicus adhaereat, & per consequens, peccet duplici peccato, saltem propter conscientiam erroneam; cum aliàs solum peccasset unico peccato. Quid ergo faciendum mihi, inquit, dum audio Clericum simpliciter confitentem peccatum carnis? Interrogabo eum, quam sententiam sequatur?

159.  
Resolutio Auctoris.

Puto; non esse in illa re scrupulizandum, cum Clerici, dum actualiter peccant, non soleant apprehendere, nisi specialem aliquam obligationem ratione status sui, ex quocumque demum capite illa oriatur; & credo, quod quamplurimi sint, qui nihil sciunt de hac diversitate sententiarum; & si scirent, indubiè vellent minori, quo possunt, peccato peccare, & non duobus, sed unico.

Sufficienter ergo confitetur Clericus, dum statum suum explicat; quo intellecto, poterit Confessarius secundum diversas sententias, jam discussas, formare judicium de specifica malitia illius actus. Et aliunde parùm refert in ordine ad imponendam condignam satisfactionem, quam sententiam ipse sequatur, aut etiam Clericus fuerit secutus; cum utrumque peccatum sit æqualis, aut ferè æqualis gravitatis. Ratissimum autem est, quod velit duplici peccato peccare, secundum sententiam Regii, quando utrumque adhuc nimium est.

Igitur, nisi expressè Clericus se determinaverit ad unam, vel alteram sententiam, videtur sufficere, sicut statim dixi, quod explicet statum suum; & Confessarius non tenetur ulterius interrogare, sed potest judicium formare de eo, quod minimum est; cum indubiè peccator hoc censeatur intendere, dum expressè non intendit, quod majus est.

Hanc doctrinam, quia non invenio in aliquo Auctore, lubens subijcio correctioni doctorum, paratus illis subscribere, si quid melius occurrerit.

Interim procedam ad ultimam difficultatem hujus Disput. Et quæ illa? Utrum obligatio continentiae se extendat etiam ad invalide ordinatos, vel ante ætatem; aut vi & metu. Ad duas priores partes Respondeo:

#### CONCLUSIO VI.

Obligatio continentiae non extendit se ad invalide ordinatum; uti nec ad ordinatum non solum rationis, nisi post aliam rationis Ordinem suscipiat ratificet. Quòd debeat ratificari post annos pubertatis non constat.

Prima pars Conclusionis intelligitur de valide ordinato, ex quocumque defectu proveniat invaliditas, & ex quocumque defectu dicatur oriri obligatio continentiae; ita utriusque valide ordinatus, sive ex defectu materiae, sive ex defectu intentionis, sive per se, sive in ministro, non tenetur ad continentiam, neque ex præcepto Ecclesiae, neque ex voto solemnium, aut etiam simplicium; sed potest, licet semper scandalo, matrimonium contrahere, & contracto uti petendo ac reddendo debitum.

Hæc est communis sententia tam Jurisperitorum, quam Theologorum, paucis se opposuerunt; qui autem manere obligationem continentiae in voto simplicis, quando ordinatus procedit bona fide, argumento cap. usici de Dispens. pub. in 6. ubi: *Per dictum tamen contra alium* (scilicet

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 6. 695

salitium per verba de presenti inter impuberem & puberem, aut inter impuberes non proximos pubertati qui voluit ut potuit, non sicut agebatur, publica honestatis iustitia est induita. Ergo similiter tamen non valuerit illud votum, sicuti agebatur, id est, tamen non fuerit votum solemne; valuit tamen ut potuit; potuit autem valere in ratione voti simplicis, cum ordinatus habuerit ex parte sua totum consensum requisitum, & voluntatem se obligandi.

Quo pertinet exemplum simillimum in Professione religiosa, quae si forte sit invalida ob aliquem defectum, utpote si Religio non erat approbata, aut Superior non erat legitimus, aliove simili modo; tamen obligat per modum voti simplicis, ob absolutum & perfectum consensum ejus, qui ex parte sua proficitur bona fide; argumento cap. Quidam, 3. de Convers. conjug. sequentis tenoris: *Quidam intravit monasterium invitâ uxore: quâ ipsum repente, coactus est ad eam redire: eâ mortuâ, quævis, an ipse cogatur reverti ad monasterium, an aliam possit ducere in uxorem? Consultationi tuae taliter respondemus, quod votum non tenet (plene seu in ratione voti solemnis) unde ratione voti ad monasterium non tenetur redire: ulterius vero non poterit uxorem accipere: promisit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quoad hoc votum tenuit: non reddere autem, non erat in eius, sed mulieris potestate. Vide Apostolus (2. Cor. 7. v. 4.) vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Ita Alex. 3. Pisano Archiepiscopo.*

Idem statuit Caelestinus 3. eodem tit. c. Placer, 12. de muliere, quae credens maritum mortuum, habitum Religionis assumpserat. Licet (inquit Pontifex) votum eius usquequaque non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium se non excuram carnis debitum, quod erat in potestate ipsius; redire vero ad seculum in eius potestate non erat, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam tenuit votum: quod post viri obitum tenere non desuit: cum ad eum casum, à quo poterat efficax habere principium, pervenisse noscatur. Ergo similiter in casu proposito, licet votum invalidè ordinati usquequaque non tenuerit, scilicet in ratione voti solemnis, quia revera non fuit annexum Ordini facto; eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare; poterat autem se obligare voto simplicis castitatis; ergo &c.

His tamen non obstantibus opposita sententia est satis certa, quam docet Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 27. n. 17. cum Aliis, quos citat. Eundem sequuntur Conink disp. 20. de hoc Sacramento dub. 14. n. 133. & Aversa supra sect. 8. §. Satis certum. Et ratio generalis est; quia ex actione nulla ut nulla est, sive sit nulla jure positivo, seu jure naturæ, nullus potest per se loquendo sequi effectus; quippe esse nullum nihil aliud est, quàm esse destitutum virtute ad causandum effectum.

Si ergo in casu proposito Ordinatio sit nulla, quæ talis est nullum potest habere effectum; adeoque non potest inducere obligationem continentiae ex præcepto vel ex voto, cum illa obligatio sit effectus, aut quasi effectus Ordinationis, id est, aliquid consequens & dependens ab Ordinatione; si igitur hæc non valet, quæ principalis actus est, neque subsistet effectus consequens; argumento leg. 178. de diversis Reg. Juris: *Cum principalis causa non consistat, plerumque ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.*

Dices; hoc tantum probat, non obligare præceptum Ecclesiæ, quod non videtur dirigi, nisi ad eos, qui verè & validè ordinati sunt; cum imponatur ob reverentiam debitam illi statui, qui reverà non subest. Alioquin cum illud præceptum non solum prohibeat, sed etiam irritet matrimonium contrahendum; invalidè ordinatus non solum illicitè, sed etiam invalidè contraheret matrimonium; quod nullus affirmat. Aliud cernitur in obligatione voti, quam quisque sibi ipsi imponere potuit, & censetur imposuisse hoc ipso quod bona intentione suscipit Ordinem sacrum, licet illud votum non foret solemne; quia illa solemnitas est tantum juris Ecclesiastici, & non dependet à voluntate ordinati; sicut dependet votum simplex seu absolutum votum castitatis, quod quisque facere potest independentè ab Ordinatione.

Respondeo; si res ita se habeat, id est, si invalidè ordinatus absolute voluerit Deo promittere castitatem independentè à sua Ordinatione, est non foret valida, quam ex errore putabat validam; certum est, quod obligetur voto simplicis castitatis; adeoque illicitè contraheret matrimonium, eoquæ utetur petendū debitum.

Sed hæc non est ordinaria intentio ordinandorum; nec enim puto, quod ullus ordinatus, si interrogaretur, diceret, se habuisse talem intentionem. Quam ergo? Vovendi castitatem; in quantum per statutum Ecclesiæ obligatur, id est, in quantum verè suscipit Ordinem; neque enim Ecclesia usquam obligavit ordinandos ad emittendum votum simplex castitatis, nec ipsa immediatè obligationem simplicis continentiae imposuit, ut supra dixi, sed solum continentiae solemnis, ut sic loquar.

Itaque votum simplex castitatis nequidem præsumitur à jure (cum tale jus nusquam reperitur) in iis, qui invalidè ordinantur, cum castitas non sit aliquid essentielle Ordini, sed per accidens tantum annexum; unde principalis intentio est de suscipiendo Sacramento, & illa semper præsumitur, ubi non constat de opposita.

Ex his facile responderetur ad jurâ, in contrarium præallegata. Ad duo quidem posteriora, isthæc fundari in præsumptione; siquidem cum actus & intentio principalis profitentis sit ipsium

162. Probant etiam à similli in Professione religiosa.

cap. 3. de Convers. conjug.

cap. 12. ead.

163. Concl. est satis certa. Sum. lra. Conink. Aversa. Probatio.

164. Objectio.

Solutio.

165. Quæ sit intentio eorum, qui ordinantur.

166. Resp. ad duo postea nota jurâ in contrarium.



rium præ-  
allegata,  
fundari in  
presump-  
tione,

Sanchez.  
Suarez.

In aliquo  
casu pro-  
fessio in va-  
lida nul-  
lam relin-  
quit obli-  
gationem  
castitatis,  
ex Trid.

167.  
Resp. ad  
c. un. de  
Despons.  
impub.

sum votum seu promissio castitatis, præsumitur profitentem se voluisse obligare; si non ex toto, quia non poterat, saltem ex parte, quod poterat; & ideo non posse petere debitum, quantumvis possit reddere. Sin autem contrarium constaret professio, putà quòd nullo modo intendit se obligare, nisi dependenter à Religione seu valida professione; dico, per se loquendo posse contrahere matrimonium, & eo uti petendo & reddendo debitum, non obstantibus iuribus præallegatis, quæ, ut dixi, fundantur in præsumptione; quæ proinde non subsistente, nec ipsa subsistunt. Ita docent Sanchez in Sum. lib. 5. cap. 4. n. 105. & Suarez to. 3. de Relig. lib. 7. c. 2.

Et sanè in aliquo casu professionem invalidam nullam post se relinquere obligationem castitatis, patet ex Trident. sess. 25. de Regul. cap. 15. In quacumque, inquit; Religione tam virorum quam mulierum professio non fiat ante 16. annum completum; nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autem antea facta, sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alius Regula vel Religionis vel Ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus.

Quid ergo respondendum ad cap. un. de Despons. impuberum, ubi statuitur, ut supra vidimus, consensum impuberum de presenti, valere in ratione sponsalium? Majorem utique esse rationem præsumendi consensum de futuro, cum ille virtualiter includatur in consensu de presenti, per quem tradunt se quantum possunt; non sic autem votum simplex continetur in professione Religionis, & multò minus in susceptione Ordinis sacri: nam votum simplex non est via ad professionem, aut Ordinationem, sicuti sponsalia sunt via ad matrimonium.

Fortè etiam posset dici; quòd cum impuberes defectu ætatis non ita perfecte possint distinguere matrimonium à sponsalibus, censeantur contrahere potius eo modo, quo possunt, quam hoc vel illo modo, quod in professione ac susceptione sacri Ordinis, utpote requirentibus provectionem ætatem, non habet locum. Interim si quis impuber non habuisset intentionem se obligandi ad sponsalia seu obligatione sponsalium, quando inivit matrimonium de presenti, in conscientia non esset obligatus; quoniam & illud jus fundatur in præsumptione. Atque hæc de prima parte Conclus.

168.  
Secunda  
pars Concl.  
est commu-  
nis & certæ  
eamque do-  
cet D. Bon-  
vent.

Secunda similiter communis est, & nimis certa; scilicet, ordinatum ante usum rationis, non per hoc manere postea obligatum ad continentiam, sed posse validè & licitè conjugalem statum assumere. Ita docet D. Bonavent. 4. dist. 25. a. 2. q. 2. in corpore, ibi: Ad Ordines sacros requiritur rationis usus de necessitate præcepti, pro eo quòd ad illos Ordines non debent admitti, nisi qui possunt ad continentiam obligari: & ideo qui ordinant scienter eos, qui non possunt obligari, quia ratione carent, faciunt contra statum & præceptum

Ecclesie: & ideo si tales ordinantur exterioribus, non aliter recipiunt de factò, quia non contradicunt, quàm vis non consentiant.

Et ibidem ad 6. sic scribit: Ad hoc quòd obligatur de continentia (scilicet quòd sacris Ordinibus de necessitate est annexa, nullus autem obligetur ad continentiam, nisi per consensum propriæ voluntatis) iam patet responsio: nam continentia in sacris Ordinibus non est de esse, sed de bene esse. Doctorem Seraphicum sequuntur patrum alii tam Iuristæ, quàm Theologi veteres, & recentiores.

Ratio verò est manifesta (inquit Vasquez hic disp. 246. c. 3. n. 25.) nam cum votum essentia sua sit promissio Deo facta, & promissio non possit aliquem obligare, nisi propriæ voluntate sua, aut expressâ, aut (ut auctores interpretantur) quæ necessariò pendet ex aliqua expressâ ipsius, qui promittit: puer autem ante usum rationis neque expressam, neque interpretativam voluntatem Deo promittendi habere possit; consequitur plane, voto castitatis ipsum non posse obligari.

Porro autem neminem, nisi propriâ voluntate, obligari posse promissione erga Deum, vel erga aliquem alium, ac proinde neque voto, quòd essentia sua promissio est, à priori offenditur; nam obligatio promissionis est obligatio fidelitatis, fidelitas autem est quædam veritas, videlicet in promissis & de futuro; obligatio igitur voti est obligatio veritatis de futuro. Veritas autem nullum obligat, nisi ad faciendum verum id, quòd ipse dixit; non autem obligat ad faciendum verum id, quòd alii pro ipso etiam dixerunt; ergo neque votum obligat aliquem, nisi sit ab eo emissum & dictum.

Nullâ igitur lege, etiam divini, fieri potest, ut quis ad continentiam obligetur obligatione voti, nisi ipse aliquo modo votum emittat. promissionem fecerit, ac proinde rectè dicit prædicti DD. puerum ante usum rationis ordinatum non obligari voto continentie. Et hinc Vasquez. Et satis bene, si ex solo voto la obligatio proveniret, idque emisso, quando infans ordinatur.

Verùm enim verò cum etiam oritur ex præcepto Ecclesie, saltem mediata, quòd scilicet Ecclesia obligat ad emissionem talis voti, & secundum nostram sententiam, immittit ad præcepto Ecclesie, & non ex voto, potest quispiam dicere, unde probatur, quòd tunc infans, postquam ad annos discretionis pervenerit, non teneatur emittere votum continentie, aut quòd tunc non incipiat obligari immittente ex præcepto Ecclesie ad continentiam.

Nonne infans baptizatus ante usum rationis, etiam invitis parentibus, postquam ad usum rationis pervenerit, teneatur observare præceptum Ecclesie, quæ aliàs non teneatur observare, & potest cogi ad eorum observantiam, ad quorum observantiam aliàs non potest cogi?

Secl. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 6. 697

Ita profus definitum est in Conc. Trident. sess. 7. de Baptismo Can. 7. Si quis dixerit, baptizatos per Baptismum ipsum solum fidei debitores fieri, non autem univese legis Christi; anathema sit. Et can. 8. Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sancta Ecclesia preceptis, que vel scripta vel tradita sunt, ut ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint; anathema sit.

Rursusque can. 14. Si quis dixerit, huiusmodi parvulos Baptizatos cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patri eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt: & ubi se nolle responderint; suo esse arbitrio relinquendos: nec alia interim poena ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistia, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant; anathema sit.

Ideoque oppositum Conclusionis adseribitur Palud. 4. dist. 37. q. 1. a. 2. ibi: Tertia conclusio est; quod secundum quosdam continentia est annexa Ordini sacro & Religioni sive professioni: illi quidem ex statuto, isti ex voto; & hoc supponendo, quod ratione voti nullus obligatur nisi volens: qui autem sacrum Ordinem recipit; licet non intendat continere, nec etiam se ad continentiam obligare; nihilominus tamen obligatur ad continentiam; & etiam in foro conscientie, si contrahat, nullum est matrimonium; quia Ecclesia bene potest facere inhabile ad matrimonium ignorantem & invitum, sicut servum vel frigidum aut humilmodi.

Et per eandem rationem si ante annos discretionis aliquis sacrum Ordinem suscipiat ad continentiam obligatur, etiam si in cunis ordinaretur, supposito tamen quod characterem receperit; quia obligatur statuto Ecclesie; non voto suo; secus autem est in illo, qui proficitur Religionem, qui solum ratione voti obligatur; unde ante annos discretionis non obligatur: tamen potest etiam dici, quod professioni est annexa continentia ratione statuti. Nam si quis profiteretur non intendens continere, nec etiam se ad continentiam obligare, dum tamen hoc non exprimeret, & intendere fieri Religiosum, nullum esset matrimonium post contractum. Hec ille.

Tamet si contrarium videatur docuisse in eodem lib. dist. 15. q. 3. a. 1. ibi: Ad illud, quod puer potest postea licite resilire & dissentire: si pater aut mater pro ipso fecerunt votum, verum est; unde etiam ordinatus in Sacerdotem in cunis, veniens ad annos discretionis, non tenetur continere, sed verus Sacerdos existens poterit contrahere, quia non potuit nesciens obligari. Ita Paludanus.

Sed dici forte posset, hic locutum fuisse de obligatione ex voto, priori autem loco de obligatione ex statuto Ecclesie. Vel etiam priori loco referre sententiam Aliorum, ut patet ex illis verbis: Secundum quosdam continentia &c. hic

autem statuere propriam sententiam. Interim communiter allegatur pro sententia affirmante, ordinatum ante usum rationis teneri postea ad continentiam, esseque inhabilem ad matrimonium.

Et ita eum intellexit Antoninus 3. p. tit. 1. cap. 8. ibi: Est etiam talis irregularis secundum Petrum de Palude in 4. dist. 37. qui etiam dicit; quod cum continentia sit annexa Ordini sacro ex statuto Ecclesie, ideo qui ordinatur ad ipsum, licet non intendat continere, nec se ad continentiam obligare; nihilominus obligatur ad continentiam, etiam in foro conscientie &c. ut supra ex Palud. Cdmque illam sententiam non rejiciat; & ipse pro ea ordinari citatur. Ut etiam Supplementum Gabrielis 4. dist. 25. q. 1. a. 2. Ledesma 2. p. quarti q. 55. art. 4. & quidam Alii.

Contra hos ergo probanda est Conclusio altera; quam Vasquez supra eam probavit. Probatur autem; quia Ecclesia per se non obligat ad continentiam, nisi illos, qui rationis compostes scientes ac volentes assumunt sacrum Ordinem; ut colligitur ex cap. Ante Triennium, 1. dist. 31. ubi Greg. scribit Petro Subdiacono Sicilia lib. 1. Epist. 42. Mibi durum atque incompetens videtur ut (Subdiaconus) qui usum eiusdem continentie non invenit, neque castitatem, ante promissit, compellatur a sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) deterius cadat. Unde videtur mihi, ut a presenti die Episcopis omnibus dicatur, ut nullum Subdiaconum facere presumant, nisi qui se victurum caste promiserit.

Quamvis autem haec verba absolute non probent intentum, quia ob particularem rationem, ut supra explicavimus, postulant promissionem castitatis; tamen satis insinuant, continentiam esse rem maxime arduam; quam Ecclesia non vult imponere, nisi scientibus & volentibus.

Hinc Ambrosius in lib. exhort. ad Virgines (& refertur 32. q. 1. cap. 13.) Integritas, inquit, corporis expetenda a vobis est: quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio precipio. Sola est enim virginitas, que suaderi potest, imperari non potest, res magis voti, quam precepti.

Ubi Gloss. verb. Voti: Argum. quod Monachi vel Canonici non possunt inviti compelli ad districtiorem vitam, quia ea res est magis voti, quam precepti, & magis libera voluntatis, quam coactionis, arg. dist. 74. c. 2. & 20. q. 3. Presens. Si ergo integritas seu continentia res est magis voti, quam precepti, magis libera voluntatis, quam coactionis; quis credat, piam matrem Ecclesiam velle filiis suis, nihil minus cogitantibus, eam precipere; precipere, inquam, perpetuam continentiam, nec in se, nec in sua causa volitam?

Quibus, inquit Concilium Toletanum 2. c. 1. (& refertur dist. 28. c. 5.) voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possimus. Loquitur de Clericis accessuris ad Sordidam

173. S. Antonius citat eum pro priori sententia.

Gabriel Ledesma.

Probatur Concl.

174. Ecclesia non vult imponere continentiam, nisi scientibus & volentibus. S. Ambrosius.

175. Probatur ex Conc. Tol. 2. c. 1.

171. Oppositum Concl. adseribitur Paludano 4. dist. 37. q. 1. a. 2.

172. Conclaf. noitam videtur docuisse eod. dist. 15. q. 3. a. 1.

Auctor conatur eum conciliare.

diaconatum, quos prohibet ordinari, si, ante Ordinationem interrogati, respondeant, se habere desiderium nubendi. Quoniam licentiam nubendi, non semel concessam ab Apostolo 1. Cor. 7. nequeat Ecclesia auferre, cum tamen Subdiaconis præcipiat continentiam; ergo non præcipit continentiam, nisi illis, qui interrogati, respondent se non habere desiderium nubendi, sed castè vivendi; aut saltem, qui scientes & volentes illum Ordinem assumunt, cui continentia annectitur.

176.  
Ecclesia non videtur aliter obligata.

Immo Aliquibus videtur, non potuisse aliter Ecclesiam obligare; quia continentia est res adeò ardua & insignis, & præter inclinationem naturæ, ut communiter superet fragilitatem humanam, nisi quis voluntariè eam assumat; jam autem materia legis humanæ non sunt omnes actus omnium virtutum; sed qui suâ difficultate humanam fragilitatem communiter non superent, ne alioquin lex potius cedat in destructionem animarum, quam in ædificationem; cum tamen Apost. 2. Corint. 10. v. 8. dicat: *Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam. Et cap. 13. v. 10. Ideo hac absens scribo, ut non præsens durius agam, secundam potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.*

Ergo hoc modo præcipere perpetuam continentiam, excedit potestatem Ecclesiasticam. Ita aliqui apud Suarez tom. 3. de Relig. lib. 9. c. 17. n. 18. in fine.

177.  
Antea existimat non excedere hoc omnino Ecclesiasticam potestatem.

Ipsæ autem nu. 19. non existimat excedere hoc omnino Ecclesiasticam potestatem: quia (inquit) licet Ecclesia per se loquendo (ut sic dicam) non possit hoc præceptum absolute imponere, vel generaliter, vel specialiter alicui personæ; tamen in casu ob gravem causam, ad bonum Religionis pertinentem, potest hoc præceptum imponere, etiam si ex accidenti contingat, ut ejus obligatio & effectus aliquem liget absque ejus consensu; ut v. g. in præsentis casu, si Ecclesia expedire judicaret, ut persona consecrata per sacrum Ordinem, quâcumque ratione ordinari contingat, maneat inhabilis ad matrimonium, posset absolute conjungere hoc impedimentum cum tali Ordinatione, ita ut habeat effectum, etiam in illo, qui sine proprio consensu ordinatur. Quia sacris est, quod per se & ex intentione Ecclesiæ talis Ordo dandus non sit, nisi volenti; quod verò alicui individuo detur absque consensu ejus, accidentarium est; & præter intentionem Ecclesiæ; tamen quia uno inconvenienti dato ex malicia ordinantis, alterum ex duobus incommodis necessariò consequitur, scilicet, ut vel sic ordinato imponatur onus castitatis absque voluntate ejus, vel ut personæ sic sacratæ permittatur conjugium; poterat Ecclesia, propter hoc posterius evitandum, prius illud eligere, si ad majorem

decentiam & honorem sacri Ordinis expedire judicaret, quia privatum incommodum communi postponendum est. Hæc ille.

Subsumo ego: Atqui, secundum eundem Auctorem ibidem n. 20. non est necessarium ad eam decentiam sacri Ordinis, quam præceptum Ecclesiæ intendit, ut ad illum extraordinarium casum se extendat; ergo hoc excedit potestatem Ecclesiæ, si non omnino, quin in aliquo extraordinario casu posset Ecclesia continentiam, etiam omnimodè invito præcipere, saltem in casu præsentis, consideratis considerandi.

Quintimmo, tamen hæc obligatio non annexa sacris Ordinibus jure divino, ut Alii putant, tamen sic benignè interpretanda videatur voluntas divina, ut non comprehendat eos, qui absque proprio consensu ordinati sunt, indecorum videretur ad nuptias trahere, & illis uti, tamen ei qui talem finem non obligasset, nullo modo indecens esset. Hæc ille.

Ego autem, licet aliquam indecentiam admitterem, ob quam Deus de absoluta potentia posset illam obligationem imponere, etiam ordinatis absque proprio consensu; quippe qui reverà consecrati sunt Deo per susceptionem characteris; equidem non tantam ut præsumendum sit Deum tantam obligationem esse imposuisse, quam natura suis legibus non induit neque necessaria est ad æternam salutem.

Ex quo patet responsio ad exemplum Baptistini; obligantis ad Fidem, & alias divini Ecclesiasticas leges. Nam ad Fidem quibus obligantur omnes de jure ipso divino, ante Baptismum, & Fides est necessaria ad salutem. Unde Baptismus tantum ad potestatem Ecclesiæ compelliendi talem fidem ad Fidem Christianam suscipiendam, quod per Baptismum, etiam in infantibus, fiat ejus subditus.

Et eadem est ratio de aliis legibus divinis quibus præcipiuntur res necessariæ ad salutem, ut lex suscipiendi Eucharistiam, continentiam, &c. Porro alia leges Ecclesiasticæ sunt ita arduæ, ut requirant consensum obligatorum ad hoc ut obligent, sicut est lex de continentia Clericorum.

Maneat ergo satis certum, Ordinarum rationis, non teneri voto aut præcepto continentia; adeoque per se loquendo non posse uxorem ducere, eaque uti reddendo & procreando debito. Si quidem lex Ecclesiastica non impedit aut dirimit matrimonium, nisi respectu illorum, qui vel ex præcepto Ordinis, vel ex voto obligantur ratione Ordinis, cum ergo matrimonium servare castitatem. Cum ergo matrimonium in casu proposito non habeat illam specialem obligationem castitatis extra matrimonium, sequitur manifestè, licitè & valdè potè contrahere matrimonium, eoque uti, reddendo

& petendo debitum, tamen aliqui DD. id expresse non dixerint.

181.

Quae talis infans potius suscipiat christ. iterum Ordinis, quam oblationem continentiam.

Sed dicit aliquis; cur ordinatus in infantia potius suscipiat characterem Ordinationis, quam obligationem continentiae, cum ambo sint effectus Ordinationis, & ambo sint accessorium; Regula autem 42. de Reg. juris in 6. dicat, *Accessorium naturam sequi congruit principali*?

Respondeo; quia character annexitur jure divino & inseparabiliter, neque est res difficilis; at vero obligatio continentiae solum jure Ecclesiastico, vel voto, idque separabiliter, ut patet in illis, cum quibus Ecclesia dispensat, ut non obstante Ordinatione & obligatione prius contracta, licite & valide contrahant matrimonium.

182.

Secunda.

Præterea, ut dictum est, obligatio continentiae est res maxime difficilis, adeoque non est eadem ratio in eo accessorio & principali, quod ex se nullam habet difficultatem, & ideo non sequitur ejus naturam. Sic etenim valet iuramentum appositum promissioni solvendi usuras, cum tamen ipsa promissio, quae est principale non valet; eo quod in iuramento reperitur ratio divinae reverentiae, quae non invenitur in simplici promissione.

Ita ergo impraesentiarum, est valeat Ordinatione infantis, & per consequens imprimat characterem, Ecclesia supplet defectum voluntatis infantis, eo quod per ipsam Ordinationem & characterem impressum nullum fiat praedictum infanti, sed potius impendatur ei magnus favor, quia conferitur effectus gratiae sanctificationis, & specialiter consecratur Deo; equidem illa voluntas Ecclesiae non sufficit ad imponendam obligationem continentiae, per quam utique maximum fieret praedictum infanti, qui redderetur in eapax matrimonii, cuius alioquin iure naturali & divino esset capax.

183.

Infans post debitam aetatem potest vel resipiscere vel ratificare Ordinem susceptum.

Ut igitur illud praedictum evitaretur, voluit Ecclesia, ut post debitam aetatem posset vel resipiscere ab Ordine sacro prius suscepto, nolendo ullatenus exercere ejus officium, nec gaudere privilegiis; vel certe ratificare Ordinem sacrum prius susceptum, verbo vel facto eum approbando; v. g. dicendo, se ratum habere, quod prius factum fuit, aut exercendo, vel semel tantum, actum illius Ordinis; eo modo, quo solet ab aliis ordinatis fieri; aut usurpando privilegia, specialiter illi Ordini concessa; eo modo, quo illis utuntur alii ordinati, probe sciens, se posse ab Ordine suscepto resipiscere, & hac via Ordinem susceptum ratificare.

184.

Quae sit illa debita aetas.

Ita communiter Doctores; qui tamen inter se disputant, quae sit illa debita aetas, plurimis, non infimae notae, existimantibus, sufficere eam; in qua ordinatus plene utitur ratione, ita quod deinceps possit ligari tam propriis votis, quam Superiorum praecipis; Aliis autem, non minoris auctoritatis, postulantibus tempus pubertatis, id est, annum aetatis 14. completum,

qui in ipso jure; cap. *Ad nostram*, 8. de Regul. requiritur ad validitatem professionis religiose.

cap. 9. de Regal.

Et quoniam ex dispositione Conc. Tridentini sess. 25. de Regul. c. 17. ad validam professionem Religionis requiritur annus 16. expletus, Sanchez lib. 7. de Matr. disp. 30. n. 8. & 10. eandem dilationem extendit ad obligationem continentiae in ordinatis, ita ut non, nisi anno 16. completo, contrahatur, sive quis fuerit ordinatus in infantia, ante usum rationis, sive jam adeptus usu rationis ante praedictum annum: est siquidem similis ratio utriusque casus.

Sanchez requirit annum 16. ex Trid.

Rogas quae illa? Certè non alia, quam jam insinuata; quia videlicet ad votum solemne, emissum in Religione approbata, requiritur talis aetas; ergo etiam ad votum solemne, emissum in susceptione Ordinis sacri. Probatur Consequentiâ, quia est aequalis obligatio utriusque voti; ergo sicut Ecclesia propter difficultatem & sublimitatem ac indispensabilitatem quodammodo voti solemnis Religionis, ad majorem iudicii maturitatem & perfectiorem deliberationem requisivit illam aetatem, ita merito dicitur eandem postulare (quamvis id expresse nusquam scriptum sit) ad solemne votum sacri Ordinis, quod quamvis Pontifex possit dispensare; at summa cum difficultate (inquit Sanchez supra) dispensabit, & propter causam valde publicam: quare non est credendum, velle Ecclesiam voto tanti momenti alligari puerum impuberem. Quamvis enim votis simplicibus ligari possit, attamen facillimo negotio illi aetati consulitur; cum possint omnia illa impuberum vota à parentibus vel tutoribus absque causa aliqua irritari. Hæc ille.

185. Probatio.

Sed; ut verum fatear, videmus; ob causam tantum privatam dispensari cum Subdiacono, ut possit contrahere matrimonium. Deinde vota simplicia puberum nequeunt irritari à parentibus vel tutoribus absque causa aliqua, est non sint emissa post annum 16. ergo saltem valebit votum Ordinis sacri emissum à pubere ante annum 16. quamvis; ita specialiter disponente Trident. non valeat votum solemne Religionis: quod indubiè multo gravius est, cum non solum pro objecto habeat perpetuam continentiam, sed etiam paupertatem & obedientiam. Merito ergo potuit Ecclesia majorem iudicii maturitatem & perfectiorem deliberationem exigere ad votum solemne Religionis; quam ad votum solemne sacri Ordinis, quod pro objecto solum habet perpetuam continentiam. Ex quo patet non esse omnimodam paritatem rationis inter hæc vota.

186. Contra arguit Aucto.

Et quamvis esset omnimoda paritas, in positivis non valet argumentum à paritate rationis, nisi ad evitandum absurdum; quando nimirum tanta est connexio plurium casuum in aliqua ratione, ut sit contra prudentiam in uno

187. Non videtur valere argumentum à Professione Religionis ad uno

votum Ordinis sacri. uno casu ob illam rationem ita disponere, & non in alio, quod hic non habet locum.

Enimvero ante Trident. jure communi professio puberis erat valida, & per consequens etiam votum sacri Ordinis; quod prudenter fuisse factum non potest esse dubium. Ergo etiam post Tridentinum, quamvis in eo aliter disponatur de professione, non ideo tamen dispositio juris communis de voto Ordinis sacri, merito censeri potest contra prudentiam; quia si Trident. nihil disposuisset de professione, sicut poterat nihil disponere, etiam respectu ejus dispositio juris communis non fuisset contra prudentiam.

188. Et ideo hanc sententiam docet Herinx disp. 10. de Sacram. Ord. nu. 112. dicens: Si ordinetur post pubertatem ante annum aetatis 16. probabiliter valde obligaretur. Quamvis idem Auctor nu. precedenti censet, non obligari ordinaros ante pubertatem.

Oppositum docet Sanchez. Sanchez autem supra putat, non oriri obligationem ante annum 16. dicens: Hodie cum votum expressum solemne professionis non valeat usque ad decimum sextum annum completum, juxta Trident. sess. 25. de Regul. c. 15. idem dicendum erit, juxta hanc sententiam, de initiato Ordinibus sacris ante 16. annum; nempe eum non teneri continere. Quia ratio tradita ab hac sententia profus militat in hoc casu.

Sed ad hoc jam responsum est. Unde magis placet sententia Herinx. Praesertim cum adhuc incertum sit, an requiratur tempus pubertatis.

189. Et sane non requiri, tamquam sententiam omnino veram, docet Suarius supra n. 22. quam (inquit) tenet Gloss. c. un. de Clerico per saltum promoti, verb. Discretionis, ibi: Sed nunquid isti taliter (id est, infra annos discretionis) ordinati, tenentur continere cum venerint ad legitimam aetatem? Arg. quod non; quia continentia res est voti, & non praecepti 27. quest. 1. Integritas. Non credo quod possit contrahere, maxime si dicatur, quod Ordo habeat votum continentiae annexum; sic ergo compellitur continere: & ita facit Ordo, quod votum (professionis) facere non possit: quia in tali aetate non tenet votum supra de Reg. Ad nostram & c. Significatum, cum suis similibus. Sed equus videtur quod contrahere possit, si contradicat ante 14. annum. Sed quod prius dixi verum est; quia statim antequam ordinaretur, debuit contradicere, & nullo modo consentire: & si simpliciter coactus, ordinatus fuisset, non recepisset characterem supra de Baptismo, Majoribus §. ult. versus Finem.

Ergo, secundum illam Glossam, aliquis potest obligari ad continentiam ratione Ordinis sacri, suscepti ante annum 14. & de facto obligatur, qui eum suscipit, cum possit non suscipere; de quo casu loquitur ibi Suarius.

190. Eandem sententiam sequitur Glossa in cap. Pueri. 120. 1. q. 1. verb. Ad sacros, ibi: Tamen si

puer ordinetur in sacris Ordinibus, bene recipit characterem, cum possit recipere minores Ordines ut in dicto cap. In singulis. Sed nunquid tenetur continere? Sic si est doli capax: alius non. Nam & voti & Sacramento se obligare potest doli capax extra de Delict. puer. c. 1. Sed Religiosi non, ut notatur 27. q. 2. §. Cum ergo, 20. q. 2. c. 2. Potest pueri dicantur (secundum Gloss. ibidem verb. Pueri) ante 14. annum, extra de E. tate & qualu. cap. Indurum.

Praeterhas Gloss. citantur pro hac sententia Sotus lib. 7. de Iust. qu. 2. art. 5. Marchinus tract. 2. de Ordine p. 6. cap. 8. diff. 10. Coninck de hoc Sacramento dub. 14. num. 136. Vega tom. 2. Sum. c. 57. col. 7. Card. & Anton. in cap. un. de Clerico per saltum promoti, Carrerius lib. 3. de Spont. c. 3. Bonac. q. 1. de Matr. punct. 9. n. 9. Pontius lib. 7. de Matr. c. 29. n. 15. & alii.

Et ratio est (inquit Suarez supra) quia illi satis liberè suscipit Ordines, & ideo meritiò Ecclesiae statuto redditur inhabilis ad matrimonium. Item quia votum castitatis solum à puero (intelligit doli capaci) est validum; ergo ex hac parte hoc votum etiam erit validum. Quamvis autem votum simplex possit irritari à parente, non tamen hoc, quod est solemne, propter Ordinationem validam, & propter legem Ecclesiae inhabilitantem talem personam, qua nulla aetas excipitur, quae voluntarie Ordinationis capax sit.

Nec obstat cap. Pueri, supra allegatum, quod potius fovet, dicit enim: Pueri ad sacros Ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculo sitis, quanto citius ascendere ad altiora seculum. Supponit ergo teneri, aliàs non esset periculum tendendi.

Neque etiam valet argumentum à professione; quia est à re dissimili & diversae rationis, nam professio irritari potuit, non autem Ordo. Aliàs nunc ordinatus post 14. annum aetatis non teneretur voto castitatis; quia nunc professio in illa aetate facta non tenet per Concilium Trident. quod absurdum est. Haeculque Suarius.

Et simili ferè modo discurrit Coninck supra: In particularibus, inquit, jure possunt constitutionibus argumentum à simili casu probat; aliàs probaremus, sicut jejunamus post die Nativitatis S. Joannis, ita pridie Nativitatis B. Virginis esse jejunandum: quia haec illi sanctorum ac venerabilior est.

Adde diversissimam esse utriusque rationem. Primò; quia obligatio Religiosi meliò gravior & immutabilior est, quam Sacerdotis secularis, adeoque maturiore deliberatione tractanda. Secundò; post irrationem professionis, votens manet omnino laicus. Contra verò, semel validè ordinatus, necessariò retinet perpetuò Ordinem, quem vita laica parùm decessit; quia leposità illà lege Ecclesiastica, se

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 6. 701

possimè continget, aliquos ante maturam ætatem profiteri in Religione: rarissimè autem hæcenus contigit, aliquem ante maturam ætatem ordinari: quæ autem rarissimè contingunt lex non comprehendit, ut patet ex lege Nam ad 2. ff. de Legibus. Hæc ille.

193. Arguitur contra Coniack.

Sed contra, reponit quispiam; si rarissimè contingat aliquem ordinari ante maturam ætatem, & ea quæ rarissimè contingunt, lex non comprehendit; ergo lex continentia, aut lex votendi continentiam, quæ imponitur ab Ecclesia ordinandis seu ordinatis, non comprehendit ordinatos ante maturam ætatem.

Herincx.

Deinde, Auctores prioris sententiæ non intendunt præcisè argumentari à simili (ut bene advertit Herincx supra n. 112.) sed assument exemplum professionis ad ostendendum, quàm rationabiliter explicetur mens Ecclesiæ, quòd non tenetur velle, præceptum continentia, aut votum tacitum annexum Ordinibus, afficere impuberes; qui non possunt, si vellent; etiam per votum explicitum se constituere in statu immutabili, quin illud ad libitum possint parentes vel tutores irritare. Quare si tales in Ordinum susceptione votum explicitum emitterent, non esset illud, quod Ecclesia annectit, nec dirimeret matrimonium, sed posset à prædictis irritari, atque esse non irritaretur, matrimonium valeret. Ita prædicat Auctor.

194. Arguitur pro sententia Sanchez.

Sed nunquid eodem modo posset dicere Sanchez, quando extendit suam sententiam ad annum 16. se assumere exemplum professionis, non ut præcisè argumentetur à simili; sed tantum ad ostendendum, quàm rationabiliter sic explicetur mens Ecclesiæ? Non video quid obstat; quàmvis magis rationabile sit, ut non obligetur impubes, quàm ut non obligetur pubes ante annum 16. Et ideo non valet illa Consequencia: impubes non obligatur; ergo nec pubes ante annum 16.

Ex his omnibus satis patet, incertum esse, quòd infans debeat ratificare Ordinem susceptum post annos pubertatis ad hoc, ut incipiat obligari; & magis dubium, quòd post annum 16. Et adhuc magis incertum, quòd requiratur aliud triduum post completum annum 16. ut Aliqui docent apud Sanchez supra nu. 10. argumento cap. Ad nostram 8. de Regul. ibi: Quocirca mandamus quatenus si consiterit, quòd præfatus T. ante consummationem decimi quarti anni, susceptum habitum deposuerit, aut si post 14. annum, habitum ipsum sine probatione susceperit, & infra triduum deposuerit, eum ab impetitione prædictorum Eremitarum denunciis absolutum.

195. An ordinatio in infantia concedi debeat triduum post pubertatem. Sanchez.

Ubi, inquit, conceditur triduum post pubertatem, professis ante illam, ut nisi respiciantur intra id spatium, sed habitum professorum detulerint, non possint deinceps retrocedere.

Cui sententiæ favet (inquit Sanchez) dici statim fieri, quod post triduum fit. Quæ ratione ducti diximus lib. 1. disp. 51. n. 14. impuberi;

cui pubertatem adepti licitum est à sponsalibus resiliere, concedi triduum post illam, & resilientem eo temporis spatio, dici statim resiliere.

Sed diversa profectò est ratio in sponsalibus: quia sponsalia ante pubertatem contracta, erant omnino valida, nec aliquam ratificationem desiderabant, sed tantum in favorem teneræ ætatis & immaturi consilii, jus concessit, posse resiliere statim post pubertatem. Atque ita si tunc non resiliat pubes, manent omnino firma & irrevocabilia. At professionis & Ordinis sacri vota non erant valida, & indigebant ratificatione post legitimam ætatem, ut ex tunc valida esse inciperent.

196. Quare minus licet quam in sponsalibus concessi debeat triduum.

Quare si reverà is postea non ratificaret, non alringeretur, & ubi ratificat, manet ligatus. Illud autem triduum deservit præsumptioni fori externi; nam si intra illud post legitimam ætatem non reclamaverit, præsumetur ratificasse & amplius non audietur. Hæcenus Sanchez.

Et verò Concil. Trident. non solum triduum, sed quinquennium concedit, ut possit reclamare & debeat audiri, qui ante debitam ætatem dicit se fuisse professum, l. 25. de Regul. cap. 19. Quicumque Regularis præcedat se per vim & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicit, ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, veluti habitum dimiserit quocumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiat, nisi intra quinquennium tantum à die professionis.

197. Trid. concedit quinquennium invalidè: professus ad reclamandum.

Ergo intra quinquennium audiendus est; ergo intra quinquennium potest retrocedere; ex hypothesi, quòd post debitam ætatem reverà non ratificaverit suam professionem. Sin autem etiam intra triduum à parte rei ratificasset, nullatenus posset in foro conscientia resiliere & retrocedere. Ergo similiter in casu proposito, si quis jam sciens & prudens, primo momento post legitimam ætatem ratificasset suam Ordinationem; verbo, vel facto, jam ligatur, nec amplius potest retrocedere.

Sed quid, si solà mente ratificasset? Aversa qu. 4. sect. 8. §. Caterum, in fine putat, in conscientia esse obligatum. Sed hoc videtur mihi (inquit Herincx sup. nu. 113.) habere difficultatem quantum ad effectus canonicos dirimendi matrimonium; immo etiam quoad obligationem, quantum ad Ordinationem susceptam in infantia attinet (quæ secundum nos tantum est ex præcepto) videtur enim potius requiri figuram externam, quòd est accommodatum modo agendi humano. Hæc ille.

198. An sufficiat ratificatio facta solà mente. Aversa.

Confirmatur exemplo professionis invalidæ defectu ætatis, aut interni consensûs, quæ non ratificatur, nisi per signum externum. Et idem dici potest de matrimonio invalido, quia una vel utraq; pars interius non consentit; communior quippe sententiâ postulat consensum,

Probatur sententia negans ex Herincx.

Confirmatur exemplo Professionis.

signo externo expressum. Ergo similiter in casu praesenti.

199.  
Disparitas  
inter Pro-  
fessionem &  
Ordinem  
sacram.

Respondeo negando Consequentiam. Disparitas est; quod Ordo, in minori aetate susceptus, fuerit validus; professio autem & matrimonium, ut supponitur, fuerint invalida; quid ergo mirum, si, ut professio revalidetur, similiter & matrimonium, requiratur aliquod signum externum novum validum? Quamquam & Aliqui putent, sufficere signum externum vetus, ut cum vero interno consensu constituat validum signum externum.

At verò supposito valore Ordinis, in minore aetate suscepti, adveniente majori aetate, quidni sine novo externo signo incipiat obligare praeceptum Ecclesiae, aut tacitum votum ex praecepto Ecclesiae annexum? Quippe hoc ipso quod advenit sufficiens aetas, nisi statim, id est, saltem intra triduum, ordinatus resiliat, cum nihil jam desit, quare Ecclesia debeat suum praeceptum suspendere, censetur hoc ipso, quod alius non resilit, illud imponere cum effectu, & alius, velit nolit, obligatur; sicut ille, qui post legitimam aetatem ordinatur, etiamsi positivè resiliat illi obligationi, nolendo eam acceptare, equidem obligatur. Unde dici posset, semper hic adesse signum externum, etiam novum, puta illam taciturnitatem ordinati, quando scilicet commodè posset loqui & resiliare, si vellet.

200.  
Ordinatus  
in infantia  
post debita  
aetatem  
non debet  
interrogari,  
eligatur in  
Ordine per-  
manere.  
Sanchez.

Bene ergo notat Sanchez sup. n. 11. ad hanc ratificationem efficiendam post legitimam aetatem, minime desiderari, ut ordinatus rogetur; eligatur in Ordine permanere, an eo deserto ad nuptias transire, quia nullus est textus, id probans. Et quamvis, inquit, id petant aliqui DD. c. 1. de Regul. in ratificanda professione, diversa tamen est ratio; quia in ea nihil validè gestum est: in hoc autem eventu Ordo facer validè susceptus est. Ita Innoc. cap. *Vel non est compos* n. 1. de Temp. Ord. Hæc Sanchez.

An ante ra-  
tificationem obli-  
getur ad  
horas cano-  
nicas.

Et nu. 12. indè deducit, hunc non teneri ad recitandum officium Canonicum, donec post legitimam aetatem ratificet Ordinem. Quia, inquit, sola characteris impressio, quæ ab Ecclesia irritari non potuit, valet usque ad eam ratificationem. Et sicut hic non tenetur ad principale onus annexum Ordini, quod est continentia, ita nec ad onera minus principalia.

201.

Sed hoc argumentum, meo iudicio, non convincit; quia lectio Horarum non est adeò difficilis, sicuti continentia. Jam autem ideo dicimus Ecclesiam non voluisse obligare ad continentiam, quia est res nimis ardua, & difficilis, ut alicui possit imponi contra suam voluntatem, saltem interpretativam; & deinde semel contracta difficulter est dispensabilis. Porro in lectione Horarum facile dispensatur, & sæpè sine dispensatione cessat obligatio.

Videtur  
quod non.

Interim quia hæc obligatio imposta est propter sacrum ministerium, quo fungitur ordina-

tus; sicuti legitime suspensus permanet ab hoc ministerio, ita quoque videtur legitime excusatus ab illa obligatione; praesertim cum Ecclesia sciat huiusmodi sententias imprimi, & non contradicat; cum posset alioqui commodè contradicere. Hercule vel ob hanc rationem, quia videlicet Ecclesia tacet, cum aliis posset commodè contradicere; videtur posset in praesenti sententia, quæ excusat ab obligatione continentiae impuberem, tamen si dolit capax; immo puberem ante annum 16. quamvis alioquin alia rationes, quas Auctores afferunt, videantur nobis minus efficaces.

Ex hæcenus dictis facile resolvi potest, quæ ignorantia excuset ab obligatione continentiae, videlicet probabilis ignorantia; quando ordinatus habebat probabiles omnino rationes, quibus merito poterat sibi persuadere, nullam talem obligationem subesse, ut si videbat ordinatos passim contrahere matrimonium, aut contra tracto uti, Praelatis Ecclesiae tanquam legitimam id permittentibus; durum quippe est, & contra Ecclesiae consuetudinem, omnino immeritos, ac merito invitos, ad continentiam cogere.

Et quoniam, qui absque ulla probabili ratione, ex mera stupiditate & insipientia sua, ignorat hanc obligationem; omnibus passim cogitavit, immerito est invocatus, nam sibi imponere debet, quod Ordinem susceperit, nequequam sciret, quæ obligatio ei esset annexa; hinc Ecclesia merito eum cogit ad continentiam observandam; non quia vovit, sed quia Ecclesia omnibus eam praecepit, qui voluntarie post legitimam aetatem Ordinem suscipiunt; neque ulla est ratio in tali casu alteri interpretandum, sed praeceptum.

Qualis foret ratio est, quando quis ex gravi metu, idque injusto, moraliter cogitur ad susceptionem sacri Ordinis. Dico; *Forè*, quia incerta est, ut ostendo sequenti Conclusione.

## CONCLUSIO VII.

Incertum est, an obligatio continentiae extendatur ad ordinatum vi aut metu gravi, iniuste ad hoc incusso.

Imprimis, fieri potest, ut quis gravi metu iniusto adductus, exterius suscipiat sacrum Ordinem, absque interno tamen consensu, & incertum est, huiusmodi, sicuti non suscipit characterem Ordinis, ita neque suscipit in conscientia obligationem continentiae per se loquendo; sed posse contrahere matrimonium, & contra tracto uti, petendo, & reddendo debitum, secluso scandalo.

Ratio manifesta est; quia hæc obligatio non

annectitur nisi susceptioni Ordinis; jam autem in casu proposito in foro conscientia non est susceptio Ordinis; ergo neque in illo foro annectitur isthac obligatio.

204. Qui valide suscipit Ordinem ex metu iusto obligatur ad continentiam.

Secundo; fieri potest, ut quis suscipiat Ordinem sacrum ex gravi quidem metu, v. g. mortis, sed iusto; v. g. quia ob delicta sua meretur mortem, datur autem ei optio, an velit mori, an vero suscipere Ordinem sacrum. Contingit etiam subinde; ut ille metu proveniat à causa naturali; v. g. ab ægritudine. Et in his duobus casibus certum est apud omnes, Ordinum validè, ut suppono, quia metus iste non tollit omne voluntarium, contrahere obligationem continentia; non minus, quam aliquis, qui omnino liberè ordinatur.

Probat à simili in matrimonio.

Patet in matrimonio, simili metu innito, quod valet, ut videbimus proprio loco, & obligat, sicuti matrimonium omnino liberè contractum. Et idem est de professione religiosa. Quidni ergo valet, votum sacri Ordinis, quod minus est? Et si hoc valet, indubiè etiam valet seu obligat præceptum Ecclesie in nostra sententia. Ratio autem horum omnium est, quia quod fit ex tali metu, magis spontaneè fit, quam coactè, ut latius dicemus in Tract. de Matrimonio.

205.

De quo ergo hic disputatur est; an sicuti Professio, gravi metu iniusto extorta, est omnino invalida, & nullum post se relinquit effectum; argumento cap. Petatum, & cap. Cum dilectus, de His quæ vi. Ita etiam Ordo sacer, validè susceptus ex gravi metu, v. g. mortis, aut alterius mali æquivalentis, iniuste incusso ad istum finem, careat effectu seu obligatione continentia.

Conjugatus valide ordinatus ex gravi metu iniusto potest petere & reddere debitum.

Et quidem, si ordinatus actu conjugatus erat, est communis sententia eum nullatenus manere obligatum ad continentiam cum propria uxore; sed posse uti jure suo jam acquisito petendi debitum; tamen si matrimonium nondum foret consummatum, & uxor diceret, se paratam esse ad servandam continentiam. Siquidem rationi minimè consentaneum est, aliquem privare jure utendi matrimonio innito, qui non sua sponte, sed gravi metu compulsus ad Ordines ascendit.

206. Objectio.

Sed dicit aliquis; hoc est quod queritur, an illa compulsio faciat, non esse rationi consentaneum, quod aliàs consentaneum foret. Et sanè Armilla verb. *Ordin.* 14. putat rationi consentaneum, hunc obligari ex parte sua ad continentiam, scilicet ad non petendum debitum, & consequenter soluto matrimonio ad non contrahendum novum. Ratio esse potest; quia reverà suscepit Ordinem sacrum, idque liberè, quia interius consentit; cum tamen potuisset non consentire absque suo incommodo; ut enim evaderet periculum mortis, satis erat exterius suscipere.

Solvitur.

Respondeo; satis erat ad evadendum periculum mortis; sed non ad evadendam irreverentiam Sacramenti. Mavult ergo Ecclesia, quòd suscipiatur verum Sacramentum & non fictum, cum potestate postea utendi matrimonio priùs contracto, etiam petendo debitum, maximè cum teneatur equidem reddere, quam quòd suscipiatur Sacramentum fictum, & sic fiat irreverentia Sacramento. Itaque rationi consentaneum videtur, ut quis jure jam acquisito non privetur per sacrum Ordinem, ad quem iniuste cogitur vi aut metu; estò aliquin rationi consentaneum foret, ut privaretur jure imposterum acquirendo; quia plus requiritur, ut per se notum est, ad aliquem privandum jure, quòd jam acquisivit, quam ad ipsum impediendum à jure acquirendo.

Hoc ergo supposito; principalis difficultas est; an per talem Ordinem meritò impediatur à matrimonio postea contrahendo. Et quàmvis Multi affirmant; tamen non pauciores, & æque magnæ auctoritatis negant, saltem de facto impediri, quidquid sit de possibili; ut proinde si sola auctoritas attendatur, sententia negans factis probabilis appareat; immò probabilior, quia plures pro se habet.

207. An per talem Ordinem alicuius impediatur à matrimonio contrahendo.

Verùm ego (inquit Basl. Pontius lib. 7. de Matr. cap. 29. nu. 3.) qui multitudinem DD. parùm curo, cum sciam multos sine ullo examine aliorum dictis adhærere; sed tantùm fundamenta atque rationes considero, longè probabilius judico, si rationum attendamus merita, votum continentia; valere in eo, qui ordinatur ex metu gravi, & inhabilem ad matrimonium esse; dignum tamen, ut cum eo facilè dispensetur. Hæc ille.

Basl. Pontius putat attentè ratione probabilius eum impediri.

Relictà itaque auctoritate pari, aut ferè pari, pro utraque sententia (quam videre poteris apud Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 29. n. 4. & 5. Aversam supra §. Quarto rursus & seq.) discutiamus rationes, & earum merita attendamus.

Schæffer Aversa.

Itaque Coninck, unus ex parte negantium obligationem, pro ratione suæ opinionis supra nu. 146. dicit: votum gravi & injurioso metu extortum esse irritum jure naturæ. Probat autem quod dicit, Primò; quia communiter ferè DD. asserunt tale votum esse irritum, & tamen nullum reperitur jus illud irritans.

208. Coninck docet, istud votum esse irritum, & probat à simili in matrimonio.

Secundo & meliùs (ut ait) quia Deus nullo modo potest censeri talia vota acceptare; quippe voventem cogeret ad talis voti objectum perficiendum, idque cooperando actioni injuriosæ. Si autem votum non obliget, neque præceptum, in nostra sententia, cum Ecclesia non censetur velle præcipere, nisi pro eo casu, quo votum obligaret, si emitteretur.

209. Resp. ad 2. probatio nem.

Sed responderetur ad primum; plures DD. qui asserunt tale votum esse irritum, allegant duo jura, scilicet cap. Petatum 1. & cap. Cum dilectus 8. de His quæ vi, in quibus putant tale votum irritari, aut certè significari ejus irritationem alicubi



alibi factam, si non jure aliquo scripto, saltem consuetudine ubique recepta.

cap. 1. de his que vi.

Placet subscribere verba illorum jurum. Perlatum est ad audientiam nostram, quod cum quidam nobilis & potens M. uxorem suam suspectam haberet, milites sui, eius precepto, eam ad quamdam sylvam fluentes, evaginato gladio occidere voluerunt: sed tandem pietate ducti sub tali conditione pepererunt eidem, quod in monasterio de Colobris habitum susciperet monachalem &c. Ideoq; mandamus, quatenus predictam mulierem & virum (recepto Sacramento, quod vestro debeant stare mandato) ab excommunicationis vinculo absolvatis: deinde tam mulierem, quam Priorissam & Moniales prescripti monasterii ante vestram presentiam convocantes, si legitime probatum fuerit, non timore mortis predictam mulierem Religionem intrasse, aut quod fecit postmodum ratum habuisse, ipsam ad monasterium redire & habitum depositum reassumere censuram Ecclesiasticam compellatis. Ita Alex. 3.

Ex quibus verbis illi DD. a contrario sensu inferunt; ergo si legitime probatum fuerit, timore mortis predictam mulierem Religionem intrasse, nec postmodum quod fecit ratum habuisse, ipsam ad monasterium redire nullatenus compelli posse.

210. cap. 3. de his que vi.

Alterum jus, quod est Innoc. 3. sic sonat: Cum dilectus filius: & infra: Quia confisit nobis de voto emisso, & de prescripto iuramento a Canonicis Insularum, quod regulam Cisterciensium observarent, vel translationem ipsius Ecclesie ad Ordinem illorum nullatenus impedirent: cum utrumque servatum non vergat in dispendium salutis eterne, nolentes viam perituri aperire. Non obstante violentia, qua proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret & ideo non debeuerat cadere in constantes... super restitutione petita silentium eis duximus sententialiter imponendum.

Ergo a contrario sensu, si violentia, qua proponebatur illata, metum mortis aut cruciatum corporis continuisset, & ideo cecidisset in constantes, Pontifex illos restituisset in pristinum statum, non per dispensationem, sed declarando votum & juramentum non fuisse validum.

211. Plures Doctores asserunt, votum gravi metu injusto extortum, esse invalidum jure Ecclesiastico.

Itaque plures DD. qui asserunt tale votum (id est, omne votum gravi & injusto metu extortum) esse irritum, etiam asserunt, tale votum esse irritum jure Ecclesiastico, & non jure nature. An autem id recte asserant, alia est questio; & videtur quod non; quoniam jura jam allegata loquuntur dumtaxat de voto solemniter religiosae professionis; adeoque ad summum videntur posse extendi ad votum solemne Ordinis sacri, non autem ad omne votum, etiam simplex, cum diversissima sit ratio voti solemniter & simpliciter; ac aliunde jure meritissimo Ecclesia potuerit velle irritare vota solemnia, secus simplicia.

Cumque etiam sit diversa ratio religiosae professionis, & Ordinis sacri; ita ut adhuc pruden-

ter Ecclesia potuisset velle irritationem unius, & non alterius, ut patet ex antecedentibus, ideo plures DD. negant ex illis juribus satis probari irritationem sacri Ordinis, aut verbum, voti seu obligationis continentiae annexae Ordini sacro.

Hanc difficultatem praesentiens Coninck supra, recurrit ad jus naturale, quod secundum ipsum irritat omne votum circa materiam liberam, gravi metu injusto extortum; idque quia, ut supra ex ipso retuli, Deus nullo modo potest censeri talia vota acceptare, ne videatur cooperari actioni injuriolae, & contrariari suae voluntati, qua statuit, nos per se ad talem materiam non obligare; maxime cum aliis honorabilissimis modis possit nos ad hoc faciendum, aut etiam vivendum inducere, unde putat id esse indignum Deo.

Sed ego nullam in eo reperio indignitatem neque enim Deus per se nos obligat ad talem materiam, sed ipse homo semetipsum obligat, licet non obligaret, si non adesset talis metus; porro ille metus non incutitur a Deo, sed ab alio homine; unde incutiens metum ipse est, qui solus proprie loquendo cogit ad talem materiam; non autem Deus, qui acceptat votum ex tali metu emissum, quamvis votum non obligaret, si Deus nollet acceptare.

Interim cum illa obligatio in se sit res bona & honesta, & perutilis ipsi votenti, quae in dignitas in acceptatione illius voti simpliciter voluntarii, tametsi secundum quid involuntarii? Nonne quando homo vovet ex timore mortis iuste, aut naturaliter imminenti, votum istud secundum quid est involuntarium? Nemo dubitat. Num ideo acceptatio ejus Deo indigna?

Deinde, qui metum incutiit injuste, non compellat ad emissionem voti, sed ob aliam causam, nonne aequalem facit injuriam? Ita tamen certum est, secundum eundem Auzanem ibidem n. 143. hunc teneri ad continentiam, sic promissam. Sicut ergo Deus in hoc casu non cooperatur actioni injuriolae, sed bene est creator, acceptando illam obligationem ad bonum hominis sic votentis; ita etiam in casu, quo metus incutitur ad finem voti, Deus non cooperatur actioni injuste alterius, quae tota posita est ante acceptationem Dei; sed bene est creator alterius malitia, acceptando votum, quod observatum vergit non in detrimentum salutis, sed in maximum ejus adjuvamentum.

Nonne scriptum est Psalm. 82. v. 17. Tempus facies eorum ignominiam, & quarens nomen tuum Domine? Nunquid Deus tem sibi indignam praestat, quando ipse mortem intendit, aut ab alio permittit injuste intentari, ut sic hominem ad se convertat a via sua pessima, per quam alioquin ambularet usque ad mortem, & mortem sempiternam? Et tamen alio modo honestissimo absque intervenitu alicujus injuriae aut alterius peccati, posset eum convertere.

**Seck. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 7. 705**

Quid si ergo Deus videret, votum castitatis v. g. esse tali homini necessarium ad salutem, cur faceret rem sibi indignam, si ad istum finem permitteret actionem injuriosam? Non video ullam indignitatem, nec cooperationem ad actionem injuriosam; nam ante acceptationem Dei, tota injuria posita est, ita ut non minus peccaverit, qui metum intulit, sive sequatur emissio voti, sive per accidens impediatur, sive valeat, sive non valeat votum, sive dispensetur in voto, sive non dispensetur. Alioquin & ipse emittens votum cooperaretur actioni injuriosae.

215. Acceptatio voti non est proprie causa obligationis.

Adde; acceptationem voti non esse proprie causam obligationis, sed tantum conditionem aliquam sine qua non; proprie autem totalis causa obligationis est voluntas voventis; & quamvis Deus posset eam infirmare seu irritare, tamen debere id facere, non satis intelligo. Sanè videtur omnimodè sufficere, si det potestatem Vicario suo, faciliè in hujusmodi votis dispensandi, seu nomine suo obligationem prius contractam condonandi.

Quomodo intelligitur, dum committitur dicitur: Deus non acceptat sacrificia coacta, ut si quis violentè manu mea offerat tibi idolo; at verò sicut dicitur sacrificium idolo factum per metum mortis; cur itidem non acceptet votum, ex simili metu factum? Quippe veluti illud sacrificium ex se malum est, & ideo displicet, quamvis ex gravi metu oblatum; ita votum illud ex se bonum est, & bonum est ex parte voventis; cur ergo à Deo non acceptetur, seu cur Deo non placeat?

216. Aliud argumentum pro sententia Coninck.

An forte ex defectu libertatis? Quippe ad votum obligans sub veniali, non sufficit libertas, quæ satis est ad veniale peccatum, nam ad hoc sufficit imperfecta deliberatio; ad illud autem secundum communem sententiam, requiritur perfecta deliberatio; seu tanta, quanta requiritur ad peccatum mortale. Ergo ad votum obligans sub mortali non sufficit libertas idonea ad peccatum mortale.

Offenditur non valere ex Pontio.

Sed nec hoc argumentum aliquid valet; nam: ut bene advertit Pontius supra n. 7. inde planè colligeretur, nulla esse vota illa, quæ fiunt ex metu mortis justæ, aut naturaliter imminētis, quod absurdum est, & contra communem sensum. Est etiam inter hæc latissimum discrimen. Nam sola libertas & cognitio necessaria ad veniale peccatum, non videtur sufficiens ad considerandum onus voti; cum tamen consideratio idonea ad peccatum mortale satis sit ad considerandum rationem voti, etiam obligantis sub peccato mortali, ut constat ex voto, quod emittitur metu mortis, naturaliter imminētis.

Atque ut votum esset quedam donatio; censetur quod si aliquis daret elemosynam mille florenorum alicui pauperi ex metu mortis, naturaliter imminētis, talis donatio non valeret? Quid si faceret ex metu simili, injustè in-

casso ad istum finem? Credo planè, quod valeret, ita ut pauper posset acceptare, nec teneretur reddere; dummodo habuisset veram voluntatem donandi seu transferendi dominium, manente interim obligatione restituendi apud injustum coactorem.

Non utor hic argumento, quo plerique utuntur, scilicet; Juramentum promissorium metu injusto extortum valet; ergo etiam votum. Quippe Antecedens intelligitur vel de juramento promissorio facto Deo, & sic falsum est in sententia Coninck; sive consideretur, ut confirmatorium promissionis, quæ nulla est in ista sententia (accessorium autem sequitur suum principale) sive consideretur ut per se stans; quia & tunc tacitam habet illam conditionem, si promissarius voluerit. Vel intelligitur Antecedens de juramento promissorio, facto homini, & tunc negatur Consequentia.

217. An valeat hic argumentum à juramento ad votum.

Est enim (inquit Coninck supra n. 148.) maxima differentia; quia Deus acceptando illud juramentum, id est, volendo quod illud impleatur, non facit, ut juramentum habeat vim obligandi (ut contingit in acceptatione voti) sed juramentum habet hanc ex natura sua completam, positâ validitate promissionis, quæ illud extorquenti fit; ita ut sicut Deus non potest efficere, ut advertenter jurans, non obligetur jurare verum: ita immediatè non potest efficere, ut juramentum promissorium non obliget jurantem; sed solum mediatè potest hoc facere, quatenus ut summus omnium Dominus potest efficere, ut promissio, aut ab initio sit irrita, aut postea desinat obligare; quo posito per se tanquam accessoria desinit obligatio juramenti.

Coninck ait, esse in his similibus differentiam.

Et simili modo, dum Prælati dicuntur dispensare in juramento promissorio, metu extorto, tollunt hujus obligationem nomine Dei, irritando promissionem, quod qui vis absolutus dominus promissarii facere posset. Quare cum Deus nec velit omnes tales promissiones per se irritare, nec etiam expediat, ipsum hoc facere; merito vult, jurantem implere juramentum, quia sine peccato non potest illud non implere. Itaque votum obligat quia Deus illud acceptat; juramentum autem Deus vult servari; quia obligat. Hæc ille.

218. Responsio.

Sed responderi posset; etiam ideo juramentum obligare, quia Deus vult illud servari; nam si Deus juramentum promissorium metu extortum irritasset, sicut poterat irritare, nulla fuisset obligatio talis juramenti. Et sicut tu dicis, Deum nec velle omnia talia juramenta per se irritare, nec etiam expedire ipsum hoc facere, sed sufficere, quod dederit Ecclesie suæ potestatem illa irritandi nomine suo; ita ego dico, Deum nec velle omnia talia vota per se irritare, nec etiam expedire ipsum hoc facere; sed satis esse, quod dederit Ecclesie suæ potestatem ea irritandi, seu obligationem eorum condonandi suo nomine.

V u u u

Sic

Ostenditur  
paritas inter  
juramen-  
tum &  
votum.  
Exod. 20.

Psal. 75.  
Deut. 23.

219.

Votum so-  
lemne Or-  
dinis sacri,  
metu inju-  
sto extor-  
tum valet  
jure natura.  
An etiam  
jure Eccle-  
siastico.

Videtur  
multis quod  
non.

220.  
Probatio.

Averſa.

Sicut ergo tale juramentum obligat, donec relaxetur, ob reverentiam Deo debitam, quoniam scriptum est Exod. 20. v. 7. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*; sic etiam, ob reverentiam Deo debitam, obligat tale votum, donec relaxetur, quoniam scriptum est Psal. 75. v. 12. *Vovete & reddite Domino Deo vestro*. Item Deut. 23. v. 21. *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere*. Unde sicut Deus honoratur sui nominis observantia per impletionem juramenti, non obstante injuria, per extorsionem factam ab homine; ita quoque honoratur observantia fidelitatis, sibi debitae, per impletionem voti, non obstante injuria, per extorsionem factam ab homine.

Itaque cum communiori & veriori sententia dicamus, votum solemne, annexum Ordini sacri, tametsi extortum gravi metu injusto, equidem jure naturae valere.

Sed nunquid invalidum jure Ecclesiastico? Ita plures existimant; quamvis alia jura non possint afferre, nec asserant, nisi illa supra allegata, quae, ut ostendimus, tantum loquuntur de religiosa professione. Ex quibus tamen hi DD. colligunt; Ecclesiam nullatenus velle obligare, vel immediatè, vel mediatè ad continentiam eum, qui vi aut gravi metu injusto coactus fuit, ad suscipiendum sacrum Ordinem.

Etenim Ecclesia, sicuti vult liberum consensum Religiosi ad professionem emittendam, propter difficultatem & indispensabilitatem votorum essentialium, pari quoque ratione videtur velle liberum consensum Clerici ad suscipiendum S. Ordinem, propter scilicet difficultatem & indispensabilitatem continentiae, quae susceptioni illi annexitur. Tam autem huic libertati, sicut repugnat vis & gravis metus injustus in Religioso, sic etiam repugnat in ordinato. Ergo si propter talem vim vel metum professio est invalida jure Ecclesiastico, etiam censeri debet invalida eodem jure votum continentiae annexum Ordini sacro, & per consequens, censeri debet praecipuum Ecclesiae de servanda continentia non obligare.

Siquidem quodammodo magis in potestate Ecclesiae est, relaxare suum praecipuum, quam alterius votum; sive cessare & abstinere à precipiendo, & non ponere suum praecipuum, quam irritare & annullare votum, quod verè & ex animo ab altero fit; ideo si Ecclesia dicitur relaxare votum proprium ordinati, sicut & professi per metum inducti; à fortiori fatendum est, quod in tali casu Ecclesia auferat sive suspendat suum praecipuum, id est, non intendat obligare sive non intendat ponere consuetum praecipuum. Sic discutrit Averſa supra §. Probati solent.

Et rectè quidem ex hypothesi, quod Ecclesia relaxet votum proprium ordinati; quam tamen hypothesim non probat, nisi ex juribus, Perlatum, & cum dilectus, supra allegatis, quae

loquuntur de professione religiosa, à qua potius Auctores contrariae sententiae non ducunt firmum argumentum ad sacrum Ordinem, propter magnam dissimilitudinem supra explicatam.

Si (inquit Pontius supra n. 10.) jus Ecclesiasticum non reddidisset invalidum matrimonium eorum, qui sacris Ordinibus initiati, sed tantum Monachorum, dicerent aliqui, ab uno ad aliud argumentum delum posse? Minime sanè; sicut, quamvis nonnulli sentiant, professione Religionis solemni, jure Ecclesiastico dirimi matrimonium ratum, dicere non audeant, etiam sacris Ordinibus dirimij, quavis litera Joannis 22. non emanasset. Non ergo ex eo, quod jus Ecclesiasticum irritam reddiderit professionem, quae perpetuo addicere votentem statui religioso, idem judicandum est de sacris Ordinibus initiato, donec de eo aliqui specialiter jure caveatur. Haec ille.

Quin immo contrarium videtur de eo esse in Conc. Tolet. 8. cap. 7. sequentis tenoris: *Septima assertionis accessu adiuventum nostrum tan in verecunda progressio, quam ignobis ac detestabili praesumptio. Quosdam enim aut evadit necessitates, aut metu periculum adeptos iuste novimus Ecclesiasticarum officia dignitatum. & quoniam cum illis imponerentur, id sibi fieri voluisse testari sicut, visco hac spernere, atque ad praesentia perentiam omnia more seque, redire, tam nequiter catholicae veritate, quam prompte secularibus extant. Accedunt hiantes.*

Et infra: *Nequaquam ergo poterit dispensari sanari, quod divina iussione, sumis, appropinquat ditionis auctoritate sacrum nescitis extingui. Tam sicut sanctum Chrisma collatum, & altaris immovelli non queunt; ita quoque sacrorum decem bonorum quod his compar habetur & socium, quibusque occasione perceptum, manebit omnibus modis invulsum. Ad extirpandum vero radicibus boni illius machinationis inutile argumentum, id sit vana biliter dari noverint in obsequium, quod sanctissimatis inappretiable donum est semper, & si non solum nolentibus, veram etiam, quod manent sententibus imparitur: sed hoc à nulla potestate profanari permittitur.*

Quod si & hic opponitur, necdum tamen esse existere, qui hoc probantur accipere, hic commode conticescant; quia si maiores impudenter non dixerint, quod parvuli vel nesciendo, vel volendo percipiant, quomodo magis non convenit violare, quod per nos aut penarum evadenda pernicie, occidit. De dispensatione dignoscitur obvenisse? Recedant ergo illi desideriorum impudorati fautores, & licet verum percipiant, quod non merebuntur habere, libertatem men ob caeleste retineant premium, quod mundum terrena consecuti sunt necessitatis eventum; ut tamen inviti appetant bona diligere, quae sponte relicta à fides impugnat.

Quod si quis post hoc perennis dispositionis etiam non sinceriter sacris imbecerit cultibus, & aliter à se gratiam, quam accepit, reliqui ad consuetudinem

ress, saculi attentaverit, vel eum redire confiterit, mox omni Ecclesiastici Ordinis dignitate privatus, verè at apostata à sancta Ecclesia limbus & societate fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterii clausuris donec adixerit sub poenitentia retrudendus.

continentiam, sive ex voto, sive ex præcepto, donec & usque ab Ecclesia dispensetur; equidem non aufertur sua probabilitas oppositæ sententiæ.

Hæc autem maximè fundatur in benigna interpretatione mentis Ecclesiæ; quæ tanquam pla mater non videtur velle obligare Clericum ad onus tam difficile & molestum, nisi sua sponte suscipiat Ordinem sacrum; aut certè antea ex metu gravi injusto susceptum, sua sponte ratificet, ut patet ex dictis Concl. præcedenti de eo, qui antè legitimam ætatem sacrum Ordinem suscepit, quæ hic applicari possunt.

Confirmatur magis hæc res (inquit Aversa supra §. Confirmatur.) ex regula generali citata, quæ sunt per vim vel metum in humanis & moralibus actibus: nempe vel faciliè & promptè esse per Iudicis sententiam irritanda, vel esse ipso facto nulla & irrita. Et illa quidem, quæ faciliè possunt per providentiã Iudicis irritari; relinquuntur per sententiam irritanda, ut contractus donationis, venditionis & similia. Quæ verò ex natura sua stabilia sunt, per providentiã juris factum est, ut sint ipso facto nulla & irrita. Sic est de matrimonio per vim & metum contracto, de professione per vim & metum emissa. Sed obligatio Clericorum in Sacris; postquam semel validè contracta est, non potest per ordinarios Iudices irritari nec dispensari: ergo elaudatur sub illa regula & providentiã juris, ut in Clerico per vim ordinato sit ipso facto nulla & irrita; sive simpliciter in tali Ordinatione non contrahatur.

Solent & debent tamen, ii qui vim & metum passi sunt, coram Iudice comparere, & exponere causam nullitatis: quod merito fit in aliis etiam dictis actibus, ipso facto nullis, ad satisfactionem nempe fori externi, & ad evitandã scandala. Sed Iudex non proferet sententiã, quasi irritando actum, alioqui validum, sicut faceret in aliis humanis contractibus: nec enim posset irritare matrimonium validum, professionem validam, & sic etiam obligationem Clericorum validam: sed declarabit, matrimonium, professionem fuisse ipso facto & jure nullam: & sic etiam nullam obligationem in Clerico per vim & metum ordinato. Hucusque præfatus Auctor.

Qui & aliam addit confirmationem defumptam ex casu particulari, in quo jam conjugatus cogitur vi vel metu injusto ad susceptionem Ordinis sacri, qui tamen secundùm DD. oppositæ sententiæ retinet jus non tantùm reddendi, sed etiam perendi debitum.

Sed contra facit: quòd Aliqui admittant, etiam in tali casu oriri obligationem non perendi debitum, quàmvis indubiè maneat obligatio reddendi.

Sicuti quando conjugatus planè voluntariè absque consensu suæ uxoris recipit sacros Ordines, vel proficitur solemniter in Religione approbata, quàmvis non possit amplius petere

Vuuu z debi-

223. An illud decretum rejiciendum, quia Concilii Provincialis?

224. Resp. ad Concilium.

Suarez.

Alia responsio.

225. Confirmatur.

226. Fundamentum sententiæ, quæ negat Ordinem sacrum susceptum ex gravi metu injusto obligari ad continentiam.

227. Confirmatur ex Aversa.

228. Alia confirmatio ex eodem Auctore.

debitum, tamen tenetur reddere, quia non potuit per illam susceptionem aut professionem præjudicare juri uxoris jam acquisito; ut omnes fatentur, potuit autem proprio jure cedere, & censetur cedere, secundum omnes, quando sponte suâ ea facit, quæ habent annexam obligationem continentiam.

An etiam quando coactè facit, hoc est, quod hic disputatur; & certè major ratio est, ut concedatur petitio debiti conjugato, qui alioquin debet reddere, quam non conjugato. Et ideo aliqui primum concedunt, tametsi negent secundum; quamquam & alii utrumque negent. Sic ergo hæc secunda confirmatio Aversæ non vincit plenè intentum. Optima probatio & confirmatio hujus opinionis videtur esse: quòd absque contradictione Ecclesiæ à tot probatis Auctoribus imprimatur tanquam probabilis, immo probabilior oppositâ.

Non convincit intentum.

229. Objectio.

Et si ei objicias; quòd impedimentum matrimonii sæpius contrahatur necessitate potius, quam voluntate, etiam per culpam alterius, v. g. si quis cognoscat feminam, in patre & fratre illius resultat impedimentum, ne eam ducere possint.

Solvitur ex Suario.

Respondetur ex Suario suprâ n. 33. hoc impedimentum est particulare ad contrahendum cum hac vel illa persona, & solum per accidens resultat; illud verò est planè universale, & interdicit omnino matrimonium, ac per se directè imponitur ipsi personæ per actionem seu receptionem ejus.

230. Quid si aliquis sciens hanc sententiam velit se obligare ad continentiam?

Ceterum si quis sciens hanc sententiam, id est, se ex consensu seu susceptione Ordinis coacta, non contrahere obligationem continentiam, tamen ex sua libertate velit se obligare proprio voto, aut obligari ab Ecclesia præcepto, etiam secundum Auctores hujus sententiam; teneretur eam servare, & maneret inhabilis ad matrimonium contrahendum; quia per talem voluntatem videtur cedere juri suo, & quasi renunciare illi privilegio, quod ratione violentiæ concessum videri poterat.

Item: quia si postea transactâ violentiâ haberet similem voluntatem, & ratam haberet Ordinationem suam, ex tunc inciperet habere obligationem, & esse inhabilis ad matrimonium: ergo si ex plena scientia & absque coactione aliqua eandem voluntatem habeat tempore Ordinationis, ex tunc censetur habere ratam Ordinationem quoad talem suum effectum.

231. An sit necessarium signum aliquod externum illius internæ voluntatis; an verò sufficiat mera interna voluntas, patet ex dictis Conclus. præcedenti: est quippe eadem ratio unius & alterius ratificationis. Similiter, an sic ordinatus ex metu obligetur recitare horas canonicas, facilè resolves ex dictis Conclus. præcedenti de simili obligatione in eo, qui fuit ordinatus ante debitam ætatem, quæ enim ratio disparitatis?

Et sicuti ordinatus ante legitimam ætatem non potest post legitimam ætatem exercere actum Ordinis suscepti, nisi velit eum ratificare & statim obligari; similiter non potest gaudere privilegiis propriis Ordini suscepto, nisi sub eadem conditione, juxta Reg. Juris 55, de Reg. juris in 6. Qui sentit onus, sentire debet commensuratum, & e contra; sic etiam coactè ordinatus, de quo hæc Conclusio disputavimus, si absolute non obligetur ad continentiam, saltem non poterit exercere actum Ordinis suscepti, aut gaudere ejus privilegiis, nisi velit ratificare Ordinem susceptum, & statim obligari ad continentiam, quoniam est paritas rationis inter illos.

Peccaret igitur, qui sic exerceret actum Ordinis, aut frueretur privilegiis, nolens continere, sed matrimonium contrahere, non peccat exercendo illum actum, sed per voluntatem conjunctam non continendi; nam velit non obligari continere. Sicuti qui vellet emittere professionem, & nollet observare vota essentialia, non peccat præcisè, quia proficitur; sed quia, suppositâ validâ professione, non vult reddere Deo, ad quod obligatur.

Certum etiam est, quòd talis Sacerdos valide consecraret, & Episcopus valide conduceret, suppositâ validâ Ordinatione, tamen non nollet continere; nec video aliud præceptum Ecclesiæ, contra quod talis peccaret, quam præceptum continentiam, ut statim solvitur.

Omnibus itaque perfectis & maturè expressis, quæ à DD. pro una, & altera sententia allegantur; quis non meritò dixerit nobiscum incertum esse, an obligatio continentiam Clericis, ut sic loquar, extendat se ad ordinatum, aut metu gravi, injustè ad eum finem tractari? Dico: *Metu gravi*; quia, secundum Doctores communiter, non excusatur metus levis, ut dicitur apparet ex dicendis suo loco de matrimonio contracto ex gravi vel levi metu; ubi etiam quis sit gravis, quis autem levis metus, explicabimus.

Solum hæc subdo, quod docet Concl. præ n. 149. tametsi vota merè liberalia, etiam levi metu extorta, forent irrita jure nature, & tamen esse in votis, quæ continentur patet utrimque onerosa, ut fit in voto Religionis, prælati acceptans, obligat simul Religionem ipsi votenti: & in votis annexis Ordini sacro, quo confertur dignitas Ecclesiastica, in quo injuriam credit voti violatio. Quare, inquit, per se loquendo, qui sacrum Ordinem suscipit, non Religionem proficitur, non solum ex virtute veracitatis ac Religionis, sed etiam ex iustitia tenetur seriò vivere: & fidè agendo Ordini Ecclesiastico, aut Religioni faceret veram injuriam; à qua obligatione non liberat eum levis metus, sed solum gravis: præsertim in suscipiendo Ordine sacro, cujus reverentiæ satis repugnat, eo initiatum non continere. Quare Deus acceptando tale votum, non censetur co-

operari alterius injuriosæ actioni, sed justæ Ecclesiæ exactioni, quæ meritò exigit, ut tale votum sit validum. Hæc ille.

234.  
An faceret  
injuriam  
Ordini Ec-  
clesiastico  
qui fidem  
agere.

Ego autem non video veram injuriam, quam faceret Ordini Ecclesiastico si fidem agendo, id est, eum suscipiendo sine animo votendi; cum nihilominus ex præcepto Ecclesiæ obligaretur ad continentiam, ut docet idem Auctor eadem disp. nu. 130. Aliud est de proficiente, qui nisi seridò voteat, nullatenus in conscientia obligatur. Unde perperam hic Auctor illa duo simul conjunxit, ac si esset eadem utriusque ratio, cum sit longè diversa.

Sed fortè non voluit illa absolute conjungere, sed tantum in casu proposito, quando videlicet fierent ex levi metu, qui si jure naturæ

vota illa irritaret, neque ex præcepto Ecclesiæ ordinatus obligaretur; quia Ecclesia (inquit ille n. 150.) hæc lege neminem obligat, quem non potest obligare voto.

Ceterum communis sententia est; neque vota merè liberalia, levi metu extorta, esse invalida, si jure positivo, quod nusquam reperitur, si jure naturæ, quia metus iste relinquit sufficientissimam libertatem; ut proinde æquitas naturalis exigat, ut tale votum sit validum, nè sæpissimè (quia sæpissimè talis metus potest intervenire) Deo fiat irreverentia, & si non injuria strictè dicta, saltem infidelitas, dum subtrahitur cultus ei promissus, quo dignissimus est & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum; Amen.

AD MAJOREM DEI  
FINIS



INDEX

3 unu